Actiones autem. ¶ Actio de peculio dať cõtra pħem vel dñm ex cõtractu filij vel serui quaten' est in peculio.h.d.vsqꝫ ad.§ item si qs. ¶ Et no.ex tex.q peculiuz nihil aliud est q̃ id qđ habet filius vel seruus de rationibus patris vel dñi ex voluntate pris vel dñi tacita vł expressa. Et parcimonia filij vel serui diciť quasi pħimonium filij vel serui qꝛ ex eorum contractu etiam patre vel domino inuito vel ignorante obligať de peculio.pf ⁊ dñs.l.si qs seruũ.§.etiã.ff.ꝺ pecu. nõ tñ est verũ patrimoniũ eoꝝ.qꝛ pater ⁊ dñs põt illud reuocare sua voluntate.l.nõ statim.in fi.ff.ꝺ pecu. Fuit ergo introducta hec actio ꝺ peculio a pretore:qꝛ cũ de iure ciuili ex alterius facto nõ dꝫ quis obligari ⁊ sic nõ pf vel dñs ex contractu filij vel serui.vt hic.⁊.l.j.C.ne fili' pro patre.⁊.l.dñm. C.qđ cũ eo. Considerauit pretor qñ dñs vel pater pmittit filio vel seruo aliqđ peculiũ habere tanq̃ eoꝝ patrimoniũ q ipse pf ⁊ dñs debeant obligari pro cõtractib' ipsoꝝ.s.filij ⁊ serui. Et hoc equũ esse videť.cũ modificatõe tñ q ipse pf ⁊ dñs nõ teneanť nisi inquãtũ est i peculio deducta tñ primo q eis ⁊ psonis sibi subditis debetur.⁊ eis quos habẽt in tutela vel cura.vt.dicta.l.dñm.⁊.l.ꝫ si damnũ.ff.de pecu.§.j. ¶ Et sic no.q ex cõtractu filij due oriunť obligatões.vna cõtra filiũ insolidũ ex suo cõtractu nisi in voto ⁊ macedoniano l.filiusfamilias.⁊ ibi no.ff.ꝺ act.⁊ oblig. Alia contra patrez ꝺ peculio ex eodẽ cõtractu.vt hic.⁊.j.qđ cũ eo.§.pterea. Sꝫ differũt.qꝛ obligatio filij est insolidũ cõtra euz.⁊ si nõ est soluẽdo detrudiť in carcerẽ.l.cũ filij.C.q bo.ce.pos. Sꝫ pater nõ teneť [b] nisi quãtũ est in peculio vt hic. Itẽ fili' nihil deducit:ꝫ pf sic.vt.ŝ.dixi.nisi haberet ratũ cõtractũ filij.qꝛ tũc tenetur insoliduz.l.cum fundus.§.seruũ tuũ imprudeꝫ.ff.si cer.pe.⁊.l.j.C.de fur. Est tñ multiplex peculiũ.vt no.ff.ꝺ pecu.in rubrica.⁊ accipiť h̃ p peculio pfectitio qđ fili' vł seruus habet ex pmissione patris vel dñi ab eoꝝ patris vel dñi rationib' separatũ.l.peculiũ est.ff.de pecu.⁊.l.peculiũ ex eo.⁊.l.deposita.§.fi.⁊.l.nõ solũ.ff.ꝺ pecu. Que aũt sit differẽtia inter actionez de peculio ⁊ ceteras actiones quibus pater ⁊ dñs teneanť p cõtractu filij vł serui.dicã.j.qđ cũ eo.§.pterea. Actio de peculio habet locũ qñ filius vł seruus cõtrahit cuz ignorãte ⁊ inuito patre vel dño.vt.d.l.si qs seruũ.§.etiã.ff.ꝺ pecu.siue sit expressum certũ genus negociationis siue non nã hec actio de peculio cõcurrit cum exercitoria.institoria ⁊ tributoria.qđ iussu.⁊ de in rez verso vt.j.qđ cũ eo.§.certũ. ⁊.§.is quoqꝫ. In multis tñ differt ab eis.vt ibi dicã.⁊ potissime in duob' in qb' de peculio est priuilegiata.s.in quãtitate peculij.qꝛ pater non teneť nisi inquãtũ est in peculio.vt hic qđ inspiciť tpe sñie.s.q̃tũ sit tũc in peculio vel nõ.nã ꝫ nihil fuerit tpe quo actio fuit intẽtata.s.tpe litis contestate si tñ sit auctũ peculiũ postea tpe sñie qđ spectat pbare ad creditorẽ.vt no.in.l.q iurasse.§.si pater.ff.de iureiurã.sufficit ad cõdẽnationẽ.l.quesitũ in prin.ff.de pecu.als nihilomin' cõdẽnať pater vel dñs. Quinimo si semel fuerit actũ de peculio ⁊ actor succũbit:qꝛ nihil erat in peculio.vel nõ erat tãtũ qđ sufficeret ad integrũ debituz actoris soluendũ que duo dꝫ actor pbare.s.peculiũ extare.⁊ soluẽdo esse.vt.j.qđ cuz eo.§.ceteꝝ.poterit postea agere actor de pecu.d.l.quesitũ.§.is qui soluẽdo.ff.de pecu.ꝫ eni vno tpe sit in peculio poterit esse in alio q peculiũ crescit ⁊ decrescit nasciť ⁊ moriť.l.peculiũ nasciť.ff.de pecu.⁊.l.j.in fi.ff.quãdo actio.ꝺ pecu.est an. Secũdo est priuilegiata actio ꝺ peculio in modo deductionis.qꝛ pater ⁊ dñs primo ⁊ ante oia deducit qđ sibi debeť a filio vł seruo.⁊ qđ debeť psonis sibi subiectis ⁊ eis q sunt in eoꝝ tutela vel cura.d.l.ꝫ ⁊ si damnum.§.fi.ff.ꝺ pec.⁊ hoc tale debitũ inter patrẽ ⁊ filiũ.inter seruũ ⁊ dñm.⁊ inter fratrẽ ⁊ fratrẽ in eadẽ ptãte cõstitutos dr naturalẽ tñ debitũ vt.l.frater a fratre.ff.de cõdi.inde.⁊ potius sonat in factuz.⁊ intelligiť de naturali quadã obligatione que oriť ex ipso facto:vt dicit tex.in.l.nec seruus.⁊.l.ex noxali.§.ij.ff.de pecu. que dicte.ll.bene declarant. Sed obligatio qua obligať pf ⁊ dñs creditori est sola ciuilis.que tñ hꝫ effectũ naturalis.vt tenuit glo.fm opinionẽ Azo.in.d.l.frater a fratre.⁊ ibi per Bar.⁊ de isto tali debito a filio vł a seruo patri vel dño dꝫ apparere p libros ipsoꝝ in qbus fecerunt se inuicez debitores ⁊ creditores p rõnes suas ex iusta cã:vt.l.non solũ.§.an debitor.ff.ꝺ pec. Itez hoc debitũ est onus peculij ⁊ sequiť peculiũ sicut lepra leprosuz:vt dicit glo.in.d.l.frater.in fi.⁊ ideo si dñs vendidit seruũ cũ peculio dñs nõ teneť de peculio.l.si ex duob'.§.fi.ff.de pecu.ꝫ emptor teneť.l.ancille

a ¶ Libell'. Vide p dñz Aret.hic l fi.§.hui'.⁊ per do. Pe. Ja. in ti.de actione de cõstituta pecunia.

b ¶ Nõ teneť. An autẽ valeat statutũ q pater teneať p cõtractu filij.vide hic do. Are. in iiij. col. v. qro ab extra.

raliter ꝛ publice notificet ꝙ qlibet posset ꝯtrahere cum filio
suo vel seruo piculo ipsius iubẽtis tenet actiõe qd̃ iussu ꝛ i
solidũ.vt.d.§.iussum.ꝛ idẽ quãdo ꝯcedit filio vel seruo li-
berã ptãtem ꝯtrahẽdi.l.liberũ.C.qd̃ cũ eo.vel plenã ptãtẽ
qd̃ idẽ est.l.si pcurator.C.de pcu.vel ꝙ posset facere id qd̃
possꝫ facere ppria psona patris vel dñi.vt.l.creditor.§.luci⁹
ff.mandati.In hoc tñ generali mandato nõ venit casus pbi
bitus.s.vt filius donare possit.vt.d.§.iussum.ver.inter cete
ra.Itẽ generale mandatũ factũ colono factori siue castaldio
ni de gerẽdo negocia dñm nõ obligat actio.qd̃ iussu.in.l.fi.
C.qd̃ cũ eo.Libellus aũt in hac actiõe qd̃ iussu sic formaṫ.
Ego cõtra ticiũ prem vel dominũ talis.Et dico ꝙ ipse tici⁹
mandauit mihi vel iussit dicto filio suo vel seruo facere talẽ
ꝯtractũ emptionis.mutui.vel alterius generis ꝯtractus.vel
generaliṫ mandauit cũ eis ꝯtrahi.Itẽ ꝙ mutuaui vẽdidi vl
aliũ ꝯtractũ feci cũ ipso seruo vel filio pp qd̃ ẽ mihi obliga-
tus in decẽ ex dicta cã.quare peto dictũ ticiũ patrẽ vel dñm
dicti filij vel serui cũ quo ꝯtraxi cõdẽnari mihi ad dãduꝫ ꝛ
soluẽdũ ex dicta cã dicta decẽ.ꝛ de forma huius libelli.vid
in Spec.in ti.de solu.§.pnotãdũ.Actio exercitoria daṫ cõ-
tra prem vel dominũ ex ꝯtractib⁹ filij vel serui ppoiti vel alie
ni.l.j.§.cuius aũt.ff.de exerci.ꝛ.j.qd̃ cũ eo.§.istas aũt.ppoi
ti negociationi nauali.i.magistrũ nauis hec daṫ insolidũ cõ-
trahẽtib⁹ cũ ipso magistro:vt.j.qd̃ cũ eo.§.eo.nã ppõnẽs vo
caṫ exercitor ad quẽ ptinet quotidianũ lucrũ ꝛ obuẽtiões ꝛ
redditus.ff.eo.l.j.§.exercitorẽ.magister aũt nauis est cui to
tius nauis anchora ꝛ gubernatio demãdaṫ.d.l.j.§.magistꝝ
ff.de exerci.Teneṫ igiṫ exercitor.s.pater vel dñs ppõnẽs ẽ
ꝯtractu magistri ꝛ filij vel ppositi serui nõ aũt teneṫ de ꝯtra
ctu aliorꝝ nautarꝝ lꝫ teneaṫ de reb⁹ ab ei s receptꝭ i naui.Itẽ
ex delictꝭ eorꝝ.s.p dãnis ab eis datꝭ i naui nõ extra nauẽ.vt
d.§.magꝭꝫ.ꝛ ibi no.Et itellige ꝙ exercitor teneṫ ex ꝯtractu
magri isolidũ si ꝯbat gsa rei cui ppoit⁹ ẽ.vt puta si mutuat⁹
ẽ pecuniã p armãda naue.alẽdis nautꝭ.vl p soluẽdo eis vl
p emẽdo res nauigãtib⁹ necessarias.sec⁹ si accipet ob aliã
cãm ꝛ nõ pro necessitate nauis cui ppositus erat:qꝛ tũc nõ
teneṫ exercitor.l.j.§.nõ aũt.ff.eo. Ex parte aũt dantis ꝛ reci
piẽtis dꝫ contractus fieri ꝛ pecuniã mutuari in cãm in quã
ppositus ẽ malignitas tñ magistri mutuãtis pecuniã nõ dꝫ
obesse creditori mutuãti.ꝛ ideo si magister expssit se recipe
in cãm in quã ppositus erat ꝛ mox mutato pposito ꝯuertit
in aliã vel si se fefellit in pcio reꝝ dicẽs res pro qb⁹ psoluen
dis mutuabaṫ pecunia ꝯstitisse multo maiori pcio ꝙ̃ consti
tisset:nihilominus tenebiṫ exercitor imputaturus sibi cui ta
lem pposuit.vt.d.§.nõ aũt.v.ꝛ ait.ꝛ.v.ꝙ si ab initio qui tex.
facit ad qõnẽ statuti ꝙ reb⁹ delatis cã sui vsus nõ soluaṫ ga
bella.sed delatis cã vendendi soluaṫ.Si vn⁹ ꝯduxit granũ
cã sui vsus deinde mutato pposito vẽdidit ꝙ nõ teneaṫ sol
uere gabellã quasi attẽdaṫ primũ ppositũ.vt.d.ver.ꝛ ait p
quo facit.l.cesar.in fi.ff.de publi.de quo dic p Bar.in.l.ce
tera.§.fi.ff.de leg.j.Et ex pdictis pꝫ in hoc esse dñiam inter
actionẽ de in rẽ verso.in qua nõ sufficit ꝙ qs dicat se mutuũ
recipe p cõuertẽdo in vtilitatẽ dñi nisi vertaṫ.l.iij.§.sꝫ si fit.
ff.de in rẽ verso.ꝛ.§.dixi.Et actio exercitoria in qua sufficit
ꝙ mutueṫ magro in cãm in qua ppositus est lꝫ nõ cõuertat
in eã cãm.vt.d.ver.ꝙ si ab initio.Libellus aũt in hac actiõe
sic formaṫ.Ego ꝯtra ticiũ.ꝛ dico ꝙ pposuit talẽ suũ filiũ vl
seruũ vel aliã extraneã psonã in magistrũ ad exercitiũ.ꝛ mi
nisteriũ nauis.siue marine fluuialis vel stagnea.vt cẽt i tali
portu ad transferendũ psonas.vel ꝯducẽdũ merces.vel ad
aliud ministeriũ cui ppositus fit.Itẽꝫ dico ꝙ ego mutuaui
sibi decẽ occasione sui ministerij cui ppositus fuit.qre peto
ipm ticiũ ꝯdẽnari ad dãdũ ꝛ soluẽdũ mihi dicta decẽ mihi
debita ex dicto ꝯtractu celebrato cũ ipso magro ab ipso pre
vel dño in dictã cãm pposito.ꝛ sic intẽtaṫ h certi ꝯditio isti
toria ex mutuo cuius mediũ ꝯcludẽdi ẽ ꝙ mutuaui magro
nauis in cãm in quã ppositus fuit ab eius exercitore.id ago
ꝯtra ipꝫ exercitorẽ.ꝛ idẽ si agaṫ actiõe ex stipulatu exercito
ria ad incertũ.puta ꝙ pmisit me ducere cũ reb⁹ meis vltra
mare i subsidiũ terre sancte.qd̃ cũ nõ fecerit.vl sine iusta cã
ꝛ legiã facere recusauit pp qd̃ iterest mea i cẽtũ id peto ex-
ercitorẽ ꝯdẽnari ad dicta cẽtũ mihi dãda ꝛ soluẽda ꝛc.ẽ ꝙ̃
forma.vide i spec.de solu.l.d.§.pnotãdũ.in pn.ꝛ Ros.in ti.
de exerci.acti.põt ẽt petere actor ab ipo magistro liberã pso
nam principaliṫ obligari.Est eniꝫ in eius electiõe agere ꝯtra
exercitorẽ vel magistrũ:sed ecõuerso nõ põt exercitor agere
cõtra debitores magistri sue potestati nõ subiecti nisi sibi ce
danṫ actiões:sꝫ agiṫ locati vel mãdati ꝯtra magistrũ.ff.e.l.j.
§.est aũt.ꝛ.§.si cũ. Institoria daṫ ꝯtra preꝫ vl dñm q ppoit
filiũ vel suuꝫ alicui alteri negociationi ꝙ̃ nauali:puta mẽse
tabernarie. mense nũmularie. stabulo.sarsinarie. fullonarie
ꝛc.l.iij.ꝛ.l.qcũqꝫ.§.j.ff.de insti.Et sic pꝫ ꝙ ppõnens põt cõ
ueniri ex ꝯtractu sui institoris insolidũ:sꝫ nõ põt agere nisi
in trib⁹ casib⁹.videlꝫ qñ institor filius eius est vel seruus ꝛ
in subsidiũ qñ institor est absens:vel latitat:vel mortuus est
sine herede.ita ꝙ nõ põt fieri cessio actionis.qꝛ tunc daṫ vti
lis actio ppõnenti:vt.l.j.in fi.cũ.l.se.ff.de insti.ꝛ ibi p Bar.

¶ Et no.ꝙ duo sunt necessaria vt qs sit institor ꝛ differt a
pcuratore.primo ꝙ sit ppositus vniuersaliṫ administrationi
certo loco designato.vel nõ designato cuiuscũqꝫ generis sit
negociator.Itẽ ꝙ sit negociatio questuaria.si aũt sit ppoit⁹
certe rei vel vniuersali negociationi nõ questuarie.vt est vil
licus q ppoiṫ ad fructus colligẽdos ꝛ nõ pp questũ:vt.l.si
cũ villico.ff.de insti.tunc magis vocabiṫ pcurator ꝙ̃ institor
fm Bar.in.d.l.iij.ff.eo.Et adde glo.in.l.iulianus.§.si pcu-
rator.ff.de acti.emp.vbi aũt qs ppoiṫ pticulari negociatõi
mutuis pecunijs accipiẽdis tunc dabiṫ vtilis institoria.l.in
cũ.ff.de insti.ꝛ.l.ideoqꝫ.§.idẽ papinian⁹.cũ.ff.manda.qꝛ reci
pere mutuas pecunias nõ est negociatio:sed dare mutuas
pecunias sub vsuris est negociatio.vt no.in.d.l.in cũ. Nun
qd aũt institor teneaṫ finito officio de gestis p euꝫ in officio:
puta de literis p eũ scriptis creditorib⁹ mẽse.dic ꝙ nõ:vt.l.
fi.ff.de insti.Itẽ nunqd ex mutuo facto institori pposito vel
factori possit agi ꝯtra dñm seu ppõnẽtẽ.dic p Bar.in.l.j.§.
nõ aũt.ff.de exerci.ꝛ pulchre p Inno.in.c.ꝙ qbusdaꝫ.extra
de fideius.Et adde ꝙ mutuãs institori vel pposito dꝫ atten
dere quattuor.primũ rei necessitatẽ.fm ꝯtract⁹ ppositionẽꝫ.
tertium cõgruaꝫ pecunie quãtitatẽ.ꝛ quartũ loci oportuni
tatem:vt.l.fi.ff.de insti.que est no.Itẽm quero qd si mutua
ui mercatori.an psumaṫ mutuatũ i cãꝫ mercãtie vt debeat
cõueniri sub iudice mercantie qui cognoscit de causis mer
cantie.videṫ ꝙ nõ presumaṫ exquo nõ fuit expressũ:vt.d.
l.j.§.si ab initio.ff.de exercito.ꝛ hoc tenuit do.Ange.de pe-
rusio.consulendo per.l.habebat.ff.de institor.vbi dicit esse
casum in contrarium.facit glo.in ver.fenus.in.c.j.de vsu-
ris.li.vj.que dicit ꝙ locãs domum feneratori videtur in
dubio locare ad artẽ quã exercet valet ad fenus exercẽdũ.
Idẽ tenẽt Bal.ꝛ Salyce.s.ꝙ mutuũ factũ mercatori in du
bio presumiṫ versum in cãm mercãtie si nõ apparet aliũde
per.l.fi.§.finaũt milco.C.ad mace.Libellus in hac actiõe sic
formaṫ.Ego ꝯtra ticiũ.ꝛ dico ꝙ ipse instituit ꝛ pposuit talẽ
filiũ vel seruũ.vel aliũ liberꝝ hominẽ merciolearie.vel alteri
vniuersali negociationi vel administratõi alterius artis ad
negociãdũ ꝛ publice mercãdũ in dicta arte.Itẽ dico ꝙ mu
tuaui sibi pro dicta negociatiõe ꝛ arte dicte rei exercenda in
qua fuit institutus.quare peto dictũ ticiũ instituẽteꝫ ꝛ ppo-
nẽteꝫ cõdẽnari mihi ad dãdũ ꝛ soluẽdũ dicta decẽ mihi in
qbus dictus ppositus.ꝛ dictus ticius ppõnẽs sunt mihi ob
ligati ex dicta cã.De qua forma vid in specu.de solu. ꝛ per
Rofre.in tim.de acti.insti.Tributoria daṫ pro ꝯtractu filij
vel serui negociãtis in merce peculiari patre vel dño sciẽtes
vt ipse pater vel dñs cõtribuat ꝛ diuidat pro rata pte.ꝛ vni-
cuiqꝫ ꝯtingẽti se ꝛ creditores illius mercis id qd̃ ẽ in merce
vel inde receptũ ꝛ minus distributuꝫ.vt.ff.de tribu.l.j.ꝛ.j.
qd̃ cũ eo.§.itroduxit.Vt igiṫ ꝯpetat tributoria tria reqriṫ.
Primo dꝫ esse negociatio in merce peculiari.quia si cẽt in

Libellus in actiõe quod iussu.

Nota hic de actione exercitoria.

re dñica haberet locũ institoria ⁊ nõ tributoria.l.sed ⁊ si pupillus.§.pe.ff.de insti. Secũdo dꝫ fieri negociatio dño sciẽte:q2 si ignorãte nõ haberet hic locũ tributoria:sꝫ ỏ peculio actio ỏ quo dñs deduceret primo sibi debitũ.l.iij.§.q2 si ipsꝫ ff.de tributo. Sꝫ si agat tributoria dñs nõ hꝫ hoc ꝓuilegiũ q2 prĩo deducat sibi debitũ:imo tanq̃ vnus extraneus creditor venit in tributũ.id est ad diuisionẽ huius mercis pariter cũ alijs creditorib9.⁊ sic ẽ paris ꝯditõis cũ eis.vt.d.l.j.in prin.⁊.j.titu.j.§.is quoqꝫ.ꝓterq̃ l hoc q2 dñs in ista tributoria petit debitum suum ex quacũqꝫ cã sibi ⁊ in eius ptãte ꝯstitutis debeat. Sꝫ alij creditores petũt solũ debitũ cõtractũ in merce pp quã agũt.nõ tñ ꝓferunt dño vt prius eis sol uat.nisi tãc recepissent pignus.q2 qui hꝫ pignus ꝓfert dominis.l.ꝓcurator.§.sꝫ est quesitũ.ff.eo.⁊ ẽt ꝓfert alijs creditoribus habẽtib9 actiões ꝑsonales.ẽt si res pignoraticie fuissent empte ex pecunijs alioꝝ creditoꝝ.vt.d.l.ꝓcurator.§.plane.ff.eo. Et attẽde q2 quãdo creditores cõueniũt vt dñs distribuat eis pro rata.vel si dñs nõ vult hãc molestiã pati vt iudex eius loco distribuat.dꝫ creditores cauere se restituturos alijs creditoribus post ea apparentibus post latam sniam.⁊ sic nõ est melior cõditio creditoris prĩo occupãtis.sicut est in actiõe de peculio.l.ꝓcurator.§.tributũ.cũ.l.sequẽti ⁊ sequen.ff.eo. Itẽ requirit tertiũ in tributoria.s.q2 sit cõtractũ p existẽtẽ in ptãte.vt per filiũ vel seruũ ꝓpriũ.vel etiã alienũ.vel ẽt liberũ hominẽ bona fide possessũ.vel fructuariũ.videlicet ex re peculiari fructuarij.l.j.§.ptãtis.ff.eo.

Quotuplex est iuramẽtũ

Si aũt nõ est in ptãte vere vel ꝓsumptiue.⁊ sic nõ põt hẽre peculiũ.nõ agit tributoria que cõpetit pro mercede peculiari.sꝫ agit alijs actõibus.vt exercitoria in negociatiõe nauali ⁊ institoria in nõ nauali.vt.j.ti.j.§.institoria ⁊ exercitoria. Itẽ reqrit q2 tpe ꝯtractus fuerit in ptãte ei9 qui ꝯuenit tributoria.nã nõ dat hec ꝯtra singularẽ successorẽ.puta emptorem serui qui ꝯtraxit.cũ tempore cõtractus nõ fuit in potestate emptoris:sed datur actio ỏ peculio.l.de peculio.ff.ỏ tributoria. ¶ Nũquid aũt actio de peculio cõcurrit cũ tributoria actione.dic q2 simul intẽtari nõ pñt:sed debet actor eligere qua actione agat.q2 vna electo nõ põt redire ad aliã nisi ex diuersa causa.l.q2 in heredẽ.§.eligere.ff.ỏ tributoria. vl nisi p restitutionẽ in integrũ ex causa iusti erroris.vt in.l.notabili habebat.ff.de insti. Aliqñ tamẽ ſm diuersa accidentia est meli9 intẽtare actionẽ de peculio quã tributoriã.puta si pl9 cõsequit p actionem de peculio.l.aliqñ.ff.eo.⁊.j.ti.j.§.is quoqꝫ. Libell9 autẽ sic format in hac actione tributoria. Ago cõtra ticiũ.⁊ dico q2 talis ei9 fili9 vl seruus negociabatur in tali merce peculiari.puta cere.olei.vel pãnorũ.pciã ipso patre vel dño sciẽte:⁊ non contradicente. Item dico q2 contraxi cũ dicto filio vl suo in illa merce vl peculiari in q̃ negociabat.vt q2 vẽdidi vel tradidi sibi certã quãtitatẽ cere vl olei.vel tot pannos qui ascẽdũt ad preciũ cẽtũ librarũ in q̃bus ẽ mihi obligat9. Itẽ dico q2 cũ dict9 ticius pater vl dominus hꝫ merces peculiares penes se in q̃b9 dict9 filius vel seru9 negociabat.⁊ mecũ cõtraxit quare peto q2 dict9 tici9 condẽnetur ad contribuendũ dandũ ⁊ soluendũ mihi totũ debitũ vel partẽ dicti debiti mihi ꝯtingentẽ facta diuisione inter creditores vnicuiqꝫ pro rata sua ꝯtingẽte. De cuius libelli forma.vide in Spec.in.d.§.prenotãdũ.v.porro.⁊ per Rofre.in ti.de tributoria actiõe. ¶ Et nota hic de distributione que dꝫ fieri iter creditores vocatos ad tributũ.⁊ q̃lr vnicuiqꝫ debeat satisfieri p rata q̃titate sui debiti.⁊ idẽ in distributiõe inter creditores alicuius nũmularij mercatoris vel alterius debitoris foro cedẽtis:vt.l.fi.ff.de bo.auc.iudi.possi.⁊.l.p debito.in fi.C.eo. Et inter legatarios q̃b9 nõ pñt solui legata integra ⁊ vnicuiqꝫ fiat detractio p rata sui legati.l.imponẽda.C.ad.l.falcidiã. Et idem inter stipẽdiarios ⁊ milites inter quos butinũ captũ debet distribui ſm merita militum. Et nota Bar.in.l.siquis in bello.ff.de captiuis.

Not. triplex ẽẽ iuramẽtũ necessariũ.

No.q̃b9 causis põt recusari iuramentum.

Qualiter differt iuramentũ necessariũ a iudiciali.

a ¶ Itẽ siqs Diuiditur i duas partes primo ponit questio.scdo questiõis decisio.scdo ibi iustissime.

b ¶ Libell9 aũt.vide hic do.Ben.her nois.⁊ dom. Pet.Jac.in ti.de actio.in factũ ex iure iurando.

Item siquis.[a] ¶ Actio in factũ que descẽdit ex iuramẽto ꝓstito aduersario deferẽte dat iurãti pecuniã sibi deberi ꝯtra eũ qui detulit iuramẽtũ ⁊ soluere recusantem.h.d.vsqꝫ ad.§.penales. ¶ No.q2 actio in factũ descẽdẽs ex iureiurãdo dat iurãti vel ei cui iuramẽtũ remissum est ꝯtra aduersariũ.vt hic.⁊.l.actori.C.de iureiurã. ¶ Et no.q2 iuramẽtũ est tãte efficacie q2 si aduersarius ꝯtra quẽ est iuratũ velit ꝓbare iuramentũ falsum fuisse ⁊ litẽ restaurare nõ audit.vt hic in tex.ibi per quẽ.nõ illud reqrit nisi prius aliud inter partes fuerit ꝯuẽtũ.l.j.in fi.C.eo.⁊ in alijs casib9 q̃b9 reuocat iuramẽtũ.vt dicaꝫ.j.de excep.§.he que. Itẽ est tãte efficacie vt a cã in qua iuratũ ẽ vel remissum vel recusatũ nõ põt appellari.C.eo.l.generalr.⁊ ibi p Saly. Que aũt actio oriat ex iuramẽto tã in reali q̃ in ꝑsonali.glo.ordi.hic est in v̈bo deberi.que melius explicat q̃ alibi.de quo p Bar.in.l.si duo ꝑsoni.§.sigo iurauerit.ff.eo. Itẽ an nata sit actio in factũ vel iudicati ex snia postea subsequẽte.sꝫ hic glo.fi.q2 sic.de quo etiã p glo.⁊ Bar.in.l.nã ⁊ postea.§.fi.ff.de iureiurã. Itẽ q2 triplex sit iuramẽtũ.⁊ an possit recusari.dicit hic glo.in ver.q̃rit.⁊.C.eo.l.j.⁊ p Bar.ff.eo.l.j. Nã iuramẽtũ ꝯuẽtionale siue voluntariũ ẽ qd vna pars defert alteri extra iudiciũ.qd non tenet q̃s suscipe vel deferre.l.iusiurãdũ qd ex cõuẽtiõe.ff.eo.nisi post ꝯuẽtionẽ inter eos factã.que seruãda est.ſm Saly.C.eo.l.delata. Judiciale aũt est qd defert vna pars alteri in iudicio iudice approbãte.q2 si iudex nõ approbet ⁊ nõ videt sibi deferendũ nõ põt deferri.C.eo.l.de lata.nisi ex iusta cã:vt.d.l.generalr.§.finaut hijs de q̃b9 iustis cãis.dic p Bar.in.d.l.manifeste. Necessariũ est illud quod delatũ a iudice quis ꝯpellit subire.qd est triplex.ſm Bar.ff.eo.l.j.s.iuramentũ calũnie.sꝫ istud sit credulitatis.l.ij.§.qd obseruari.C.de iura.calũ. Et iuramentũ purgatõis vbi est suspitio.C.de his qui ad eccle.confu.l.pñti.§.sicubi.⁊ ibi no. Et iuramentum in defectu plene ꝓbationis qd depẽdet ab arbitrio iudicis an deferat ⁊ cui deferat.l.admonendi.ff.eo.⁊.l.in bonefidei.C.eo.⁊.c.fi.de iureiurã.si tñ iudex vbi equũ eẽt deferri vel alteri defert q̃ deberet poterit appellare.ſm Bar.in.d.l.admonẽdi.⁊ põt iudex hoc deferre ex suo officio pro veritate inuenienda ⁊ lite decidenda.ẽt pte nõ petẽte:vt.d.l.fi.in prin.⁊.d.l.generalr.§.finaũt hijs.v̈.iudex aũt.nec põt recusari nisi ex iusta cã.tex.est in.d.c.fi.in princ. Et põt esse iusta cã.vt dicit Lap.de castel.doctor famosissimus in repetitione illius.c.fi.si iudex vult cogere actorẽ ad iurandũ qui plene ꝓbat qd fieri nõ dꝫ:vt.c.ij.de ꝓba.vel cũ actor nihil ꝓbauit vult cogere reũ ad iurandũ:vt.d.c.fi.§.sane vel si is cui defert est dubius de veritate.cũ hoc iuramentũ sit veritatis:vt dicit glo.in.d.c.fi.in prin. Itẽ hoc iuramẽtũ differt a iudiciali.q2 hoc a iudice defert:illud autẽ a pte. Scdo q2 hoc in defectũ ꝓbatiõis vel pp suspitionẽ:illud aũt si asserit se ꝓbatiões hẽre ⁊ põ vult potius ꝓbare q̃ iurare. Tertio q2 illud põt deferri:hoc nõ. Sed quo ad recusationẽ non differunt.q2 neutrũ põt recusari nisi ex iusta cã:vt dicit glo.de iuramento necessario.sꝫ aliud dicat iudiciali.nisi saluos cã dñ dicit põt recusari.s.ex iusta cã:vt.d.§.finaũt vl recusari.s.delatũ a pte anteq̃ iudex approbet delationẽ:sꝫ nõ post q̃ approbauit.ſm Bar.in.d.l.admonendi. Libellus aũt[b] in hac actiõe in factũ ex iureiurando sic format.qñ informiter iuratum est. Ago cõtra ticium ⁊ dico q2 ab eo petebã decem in quibus dicebam eum esse debitorẽ meũ corã iudice. Item dico q2 corã iudice mihi detulit iuramentũ vt iurarẽ q2 debebat dare mihi decem. Itẽ dico q2 statiꝫ iuraui ⁊ ad delatõem eius relatiõem vel remissionẽ per modum seu formã ab eo mihi delata vel relatã. Item dico q2 q̃uis iurauerĩ tñ denegat ⁊ resistit mihi soluere dicta decẽ.quare peto ipm cõdẽnari ad dãdũ ⁊ soluẽdũ mihi dicta decẽ vigore illius iuramẽti. Quãdo autẽ iuratum ẽ formiter sic format libellus. Ago cõtra ticium.⁊ dico q2 petebam decem sibi ex causa mutui a me vl ab alio nomĩe mei sibi facti. Itẽ q2 ad ei9 delatiõẽ iuraui me mutuasse dcã decẽ sibi mutuo datã.nã ex tali iuramẽto formiter prestito ꝑsonali actione datur

duplex

duplex actio.scilz actio in factū ex iuramēto ⁊ vtilis actio ex eo cōtractu.vt dicta.l.si duo patroni.§.si ego iurauit.ff.eo.⁊ idē in statuto disponēte formiter vel informiter.vt qñ formiter def actio ⁊ qñ informiter detur condictio.ex.l.statutaria.fm Bar.in.d.l.si duo patroni.§.sigo iurauerit.Si aūt agaf reali actione ex iureiurando ꝓstito sic formaf libellus.Ego ꝯtra ticiū ⁊ dico ꝙ dū ab eo peterē talē rem quā dicebā ad me ptinere iure dñij vel quasi ego ad eius delationē iuraui fm formā mihi delatā dictā rē ad me spectare iure dñij vel quasi.Quare cū dictus ticius teneat ⁊ possideat dictā rez ⁊ mihi tradere recuset vł cū ceciderim a possessione dicte rei ⁊ ad ipm dictū ticiū sit reuersa res peto declarari dictā rem ad me spectare iure dñij vel quasi.Qua declaratione facta peto dictū ticiū cōpelli vestro officio ad tradēdū mihi dictā rez cū fructib⁹ tū ⁊ oi cā. Nā in reali actioī iurāti daf actio in factū ex iuramēto.Itē vtilis in rē vł publiciana ꝯtra quē cūqz si iuraf ex traditione.l.si possessori.§.fi.ff.eo.Sed reo iurāti daf actio in factū ⁊ rei vēdicatio.l.qñ erat dñs sz non publiciana:cū nō tradaf sibi res:sed penes eū relinquif.vt no.p glo.⁊ p Bar.i.d.§.fi. Et qr in diuersis casibus iuraf. ideo formabimus libellū fm naturā actiōis ⁊ facti sup quo iuraf.vt dicit hic Jo.fab.de quoꝝ libelloꝝ forma ex iureiurādo descēdētiū.vide in Spe.de iureiurā.§.j.v.porro.⁊ p Rofre.in ti.de vtili actio.ex eo cā ex qͣ iuraf in ti.de actione in factū descēdente ex iureiurādo informiter delato in pla forma.dū dicit eū eē debitorē.dic ꝙ hec generalis petitio.s. aliquē esse debitorē meū ꝓcederet reo nō opponēte.aliʒ cogeref actor declarare.l.fi.C.ꝺ anna.excep.⁊.c.abbatē sane.de re iudi.li.vj.Itē dicif in libello detulit.qr iuramētū ꝓstitū sine delatione partis ⁊ approbatiōe iudicis nō artat aduersariū ad illud obseruādū.d.l.generaliter.§.si iuramēto. Item ideo dicitur per modū seu formā.qr forma iuramēti delati lege nō seruata iuramētum non artat.l.iij.§.fi.cum.l. sequēti.⁊.l.sequēti.ff.eo. Et si inter partes est contentio de forma vel qualitate iuramēti iudicis officio seu arbitrio diriinif.l.iusiurandū.⁊ ad pecunias.§.si de ꝗ̄titate.ff.eo. Itē statim iuraui.ideo dñqr ex interuallo prestitū iuramentū nō artat nisi aduersari⁹ denuo ꝯsentiat.l.nō erit.§.fi.ff.eo.Itez dicif peto eū ꝯdēnari ad dandū.iuxta quod quero qñs requirif libellus ⁊ snia post iuramentū prestitū cū iuramentū hēat paratā executionē.l.sz si possessor.§.si cū de hereditate ff.eo.⁊.l.post rem.ff.de re iudi.dic ꝙ executio pōt duplr peti vno modo iure actionis.⁊ tunc requirif libellus.litis cōtestatio.⁊ snia diffinitiua.sicut in alijs actionib⁹:vt.l.j.ff.de eden.⁊.l.itez veniunt.§.rōne.ff.de peti.hēdi.⁊ auē.offeraf C.de lit.ꝯtesta.scdo pōt pe i executio iuramēti snie.⁊ ꝯfessio nis in iure legitime facte.que tria equiparāf:vt.d.l.post rez ⁊ officio iudicis petif executio.⁊ tunc nō requirif libellus: nec litis ꝯtestatio.sed sūmatim cognoscēdo ꝓcedif ad executionē.l.a diuo pio.§.sed si sup rebus.ff.de re iu.⁊ hoc tenet Spec.in titu.de execu.sen.§.qualr.in prin.Et adde glo.notabilez sup rubrica.ff.de interro.ac.Et p Bar.in.l.ira tres ff.de re iudi.Et aduerte ꝙ si petaf executio snie vel iuramēti officio iudicis:tunc dz peti corā iudice qui tulit sniam vel approbat iuramentū delatū siue eius successore.nō aūt pōt peti corā alio nisi ad literas primi iudicis.d.l.a diuo pio.§. sniam rome dictā.ff.de re iudi.Sed si petaf executio iure actionis tunc pōt peti omni loco quo reus sortiaf forum.l. vtiqz.§.generalr.ff.de eo quod certo loco.⁊ p Bar.in.d.§. sniam.Et ꝓdicta intellige in iuramento litis decisorio.Est eniz fm iuramentū.s.obligatōis introductoriū.⁊ istud cadit solum in liberto ⁊ ingenuo.l.sigo pro eo.ff.de fideiusso. Et idē tz Inno.l.c.nouit.de iudi.alr inotuit.de arbitrio.lz Jo.an.ibi teneat ꝯtrariū.p.c.cū ꝯtingat.ꝺ iureiur.⁊.c.lz.eo.ti.li.vj.Est ⁊ tertiū iuramētum.s.ꝯfirmatoriū ꝯtractus inualidis vt in auē.sacramenta puberum.C.si aduer.vendi.⁊.c.non est obligatorium.de regu.iuris.lib.vj.de quo dic plene per Barto.in.d.l.siquis pro eo.

Penales quoqz. ¶ In ꝓcedentibus a §.in ꝑsonam hucusqz tractauit de actionib⁹ ꝓtorijs ꝑsonalibus rei ꝑsecutorijs.hic aūt de ꝑsecutorijs pene.s.de corrūpēte albū ꝓtoris.⁊ de vocante patrem vel patronū in ius sine venia.Et pro istis duabus daf actio in factū ad penā quinquagita aureoꝝ. Itē ꝺ eo qui exemit p se vel per aliū vocatū in ius cōtra quē daf actio in factū inquātū iuratū fuerit.Et hoc dicit ꝯtra corrūpentem albū ꝓtoris.cōtra vocātē pr̄em vel patronū in ius sine venia.⁊ ꝯtra eximētē vocatū in iudiciū daf actio in factū penalis.Quero primo de actiōe in factū que daf cōtra corrumpētē albūz ꝓtoris.quid dicit hoc album ⁊ qd ꝯtinet.⁊ p quo cōpetat hec actio.dicit hic gl.in ver.albo.ꝙ erat scriptura facta in loco euidēti dealbato:que cōtinebat citatiōez.vł ꝓceptuz alicuius generalr vel spālr.sed dic ꝙ in albo ꝓtoris ꝯtinenf ⁊ scribunf generalia edicta vt ꝑpetuo ibi sint. vt cū dicit pacta bona fide facta seruanda.l.j.ff.de pac.⁊ sic ꝺ alijs edictis pretoꝝ. Quādoqz ꝯtinenf citatōes ⁊ ꝓcepta facta de aliquo aliquib⁹.vt per talia edicta publice posita in muro siue in carta possit melius deuenire ad notitiam citati ꝙ̄ per vocē ꝓconis:que paucis innotescit.vt in auē.qui semel.C.quomō ⁊ qñ iudex.⁊ ꝺ istis citatorijs p istud edictū loquif dicta auē.qui semel.⁊.§.oēm vero iubem⁹.cū ibi allegatis.col.viij.Quoꝝ edictoꝝ loco practica de iure ciuili introducit tres citatiōes in scriptis ad ecclām vel domuz citati per nūcios cū dilatiōib⁹ cōgruis.l.ꝑemptoriuz.cū sequēti ff.ꝺ iudi.⁊.l.tres denūciatiōes.C.quomō ⁊ qñ iudex. ⁊ hoc innuit gl.⁊ Bar.in.d.auē.qui semel.⁊.d.§.oēm. Nō tū ꝓpterea tollif qn possit hodie etiā citatio fieri per dcā edicta: sz ista edicta hodie nō scribunf in muro:sz fiunt cedule in papiro qui affigunf foribus palatioꝝ.in qbus iura reddūf. vel cathedralium ecclesiarum auctoritate ꝓlatorum iurisdictionez habētium q potissime hoc mō citandi vtunf.vt cle.j. de iudi.qui modus citādi est necessarius vbi qs facit ne citari valeat vel ad eum locum tute iri non potest. vt.d.cle.j. Sed vbi quis potest personaliter vel ad domum citari hic modus per edicta publice posita non sufficeret.fm Bar.in extrauagāti.ad reprimēdū.super verbo edictū.⁊ verbo ꝓpositū.vbi vide plene ⁊ pulcherrime p eū.⁊ in Specu.titu. de citatiōe.§.sequif.ver.⁊ no. Quādoqz tertio cōtinētur in albo pretoris decurionū ⁊ aliorū officialiuz nomina certo ordine electorū.vt.l.j.⁊.ij.ff.de albo scribē.Sed hodie discribuntur in publico libro cōmuni in quo oīa officia collata:⁊ noīa cōferentiū:⁊ quibus cōferunf.que consuetudo in electione officialiū est seruāda.l.nō tantum.§.nōnunqͣ.cū ꝯcordantijs ibi notatis.ff.de decurioni.Et nunqd in omnib⁹ supradictis scripturis in albo positis habeat locū pena huius §.quinquaginta aureoruz.glo.videf sentire ꝙ sic.Sz dic ꝙ solum habet locum in scriptura apposita vel affixa vt ibi perpetuo sit.vt.l.si quid id quod.ff.de iurisdi.om.iudicum.ibi ꝑpetue iurisditiōis. Si igif quis deleat scripturaz publicā positā i muro palacij dñorū vel potestatis.p quā posset semper aliqd appere.vel destruxit aliquā scripturā publicā de archiuo publico.vel destruxit aliquaz picturā alicuius ꝓditorū principis vel ciuitatis factam vt denotet illius proditionem:incidit in hanc penam.⁊ habebit locum vtilis actio ex hoc edicto.fm specu.⁊.Rofredū.⁊ etiā incidit in penam falsi.vt hic in glo.in fine.Si autē destrueret vel deleret scripturā ad tēpus positā.⁊ edictū citatoriū alicui⁹ persone nō habet locū hec pena.sz aliter puniref extra ordinez.cū pena non reperiaf determinata.l.hodie.ff.de penis.⁊.c.ꝺ causis.de officio delegati.fm Bar.in.d.l.siquis id qđ.Cui autem applicetur hec pena quinquaginta aureorū contra albū corrumpentem impositā.dicit glo.d.l.siquis id qđ applicaf parti.qđ est verū si agaf ciuiliter p hanc actionē penalē.l.si cui. ff.de verborum significationib⁹.Sed si p viam accusatiōis criminaliter tunc applicatur fisco.ꝺ quo dic per Bar.in.l. agraria.ff.de ter.moto.Libellus autez in hac actione sic for-

Libellus qñ agitur reali actione ex iureiurando.

Quot modis pōt peti executio qñ iuratum est.

¶ Penales Diuidif iste §.i duas partes.prio pōit vnū dictū generale.scdo pōit tria exēpla.secunda ibi veluti.

matur. Coraȝ vobis domino iudice cōpareo ego. Joānes tanq̄ de populo Bonoñ ciuitatis. Et dico φ tale edictū ꝑpetuum vel scriptura publica perpetua cōtinens talē rē fuit publice posita vel affixa in tali loco de mādato talis ꝑsidis vł alteri⁹ iudicis secularis vł ecclastici iurisditōeȝ ħ̄ habētis. Jtē dico φ dict⁹ tici⁹ dcm̄ edictū vł scripturā sic ꝓpositā corrupit dolose ꝛ amouit vł deleuit vł alr maculauit q̄re cū liersit iura tā respcū mei ꝓprij interēē q̄ cū tuēdi ius populi istō edictū vł scripturā sī suisse deletā vł corruptā peto dīc dictū ticiū ꝯdēnari ad dādū ꝛ soluēdū penā q̄nquagīta aureoꝝ in quā incidit ex corruptione dicti edicti vł scripture. De populo iō dicit̄ q᷑ hec actio est popularis. vt no. l. j. ff. ð popula. actio. Ad quā intētādaȝ ꝑferunt̄ illi quoꝝ interest. l. iij. §. in popularib⁹. ff. de popu. actio. ꝛ fit ꝯdēnatio ad lter esse sicut in alijs actionib⁹ popularibus: vt. l. iii. §. q de sepulchri. ff. de sepul. viol. Jtē ꝑpetuū edictū. ideo dicit̄ q᷑ secus si tpale. vt. s̄. dixi. Jteȝ in tali loco. ideo dicit̄ q᷑ dȝ poni vel affigi in loco publico vt olb⁹ patere possit. vt no. in. d. cle. j. ð iudi. ꝓ quo est bonus tex. i. l. sed ꝛ si pupillus. §. ꝑscribere. ff. de insti. Jtē iurisditionē habētis. ideo dicit̄ q᷑ aīs corrūpēs nō incideret in hanc penā: vt. l. fi. ff. de falsi. Jtē dolose ideo dicit̄: q᷑ hoc edictū reqrit doluȝ. q᷑ aīs si corrūpat sine dolo vł casualiter ꝑꝑ impitiā vel rusticitatē nō incurrit̄ hec pena. d. l. sigs id qō. §. doli. Jtē ad dādū ꝛ soluēdū mihi. iō dicit̄: q᷑ ex populari actione pōt agi dupsr. s. ciuiliter ꝛ tūc pena applicat̄ parti nō tñ dicit̄ eē in bōis actoris. hec actio nec ante pōt qs ꝓcuratorē ꝯstituere q̄ lis sit ꝯtestata nisi rōne sui ꝓprij interesse. l. itē in popularib⁹. ff. de ꝓcu. Jtē pōt agi criminalr ꝛ tūc erit ꝯclusio libelli quare peto ipȝ puniri ꝛ ꝯdēnari ad dādū ꝛ soluēdū fisco. vel similr ꝯcludas eum puniri ꝛ ꝯdēnari. q᷑ in dubio intelligit̄ fisco. vt no. Bar. in d. l. agraria. Quādo aūt qs aperit litteras supioris vel interrūpit vel maculat sigillū: tunc tenetur similiter pena falsi. c. olim. de rescrip. ꝛ. l. j. §. si is qui instrumēta. ff. de fal. ꝛ. c. cuȝ olim magister. de offi. deleg. vbi ponitur de litteris vrie portantis litteras sue necis. ꝛ de forma istorum libelloꝝ. vide in spec. de dolo ꝛ cōtu. §. restat. iuxta prin. ꝛ p Rofre. in tit. de albo corrup. Quero nūc que sit differētia inter actiones penales ꝛ rei ꝑsecutorias. dic vt hic in glo. j. in fi. vbi dicit φ in penalibus vno soluēte alij nō liberant̄ ꝛ dic hoc veruȝ esse qñ est penalis ex vtraq̄ pte. s. actoris ꝛ rei. s. ex vero delicto ꝛ nō quasi delicto. nā si nō est penalis ex vtraq̄ pte: sȝ altera tm̄. vt in actiōe in factuȝ ex edicto de eo per quē factum est. Jtē si nō est ex vero delicto: sȝ ex quasi vno soluente ceteri liberant̄. l. ꝑceptione. ff. de his qui deic. ꝛ effu. ꝛ. l. lȝ. §. fi. ff. nau. caupo. Et φ inter delicta ꝛ quasi delicta sit dfia quātū ad hoc. no. in. l. ex maleficijs. §. is quoq̄. ff. de ac. ꝛ obli. ꝛ. l. fi. §. seruoꝝ. ff. nau. caupo. ꝛ. s̄. ti. j. §. fi. Jtem fallit in plurib⁹ administratoribus. vt sunt pſes publicani. qui iȝ delinquāt plus debitum exigendo: tamen tenet̄ solum pro parte. ff. de publi. l. si mulieri. ꝛ ibi no. per Bar. in ver. etenim.

a ¶ Sancta q᷑ doctorum sciencia mundus illuminatur. c. cum ex iniūcto. ð heresi. c. j. de relig. ꝛ venera. sanc. li. vj.

No. φ ꝓcessus nō ē nullus fact⁹ contra patrē vocatū in ius sine venia.

Jtem in eum.

¶ Hic tractat de alia actiōe in factū siłr ad penā quinquaginta aureoꝝ ꝯpetente que descendit ex edicto ꝑtorio posito. ff. de in ius vocā. l. q̄cūq̄. §. ꝑtor ait. s. ꝯtra vocantē in ius sine venia parētes et in infinituū: vt hic in glo. in ver. vel parentē. que dicit φ adāȝ et si viueret hodie nō possȝ ꝑ aliquē vocari in ius sine venia. ꝛ ꝯprehēdit̄ socer ꝛ socrus. q᷑ loco parētis sunt: vt no. l. generalr. ff. eo. Et et si sit fili⁹ vulgo quesitus nō pōt vocare p̄rem in ius sine venia. d. l. quicūq̄. cuȝ pluribus sequen. ꝛ sic hec ꝓhibitio nō est ꝑꝑ p̄riaȝ ptātem: q᷑ tunc filius et nō pōt cum venia: cum inter p̄rem ꝛ filium in ptātem nō possit esse iudiciū. nisi in castrensi peculio vel quasi. in alijs casibus notatis in. l. lis nulla. ff. de iudi. ꝛ tunc et petita venia: vt hic in glo. in ver. impetrasset. sed hec ꝓhibitio est naturali rōne ꝛ eq̄tate introducta. l. venia. C. eo. Et daẗ hec pena nō solū ꝯtra vocantē in ius sine venia dolose sed et sine dolo. ideo nō excusat̄ quis ꝑꝑ rusticitatē vł ignorantiā: q᷑ talis ignorātia nō excusat in his que naturali rōne debent̄: vt. d. l. venia. ꝛ qui nō pōt soluere luat in corpore: vt hic in glo. in ver. in eū. Et eadē pena hȝ locū in liberto vocāte in ius patronū sine venia ex quacunq̄ cā fratreȝ pronis ꝛ eius pentes pronis ꝛ libertos. vt hic. Et q̄uis manumissione efficiant̄ veri liberi ꝛ ciues romani ac si eēnt ingenui: in auc. sȝ hodie. C. de iure aur. anu. ꝛ in corpore vñ sumit̄. tñ remanent prono iura pronat⁹ illesa. ꝛ ꝑ ꝯña hoc bñficium. ꝛ hoc voluit hic glo. in v. sȝ nunqd. que iura pronatus que ꝛ quot sunt ꝛ qualr ꝑdant̄. est glo. magna. s̄. de succes. liberi. §. sed nostra. in ver. sȝ in ius repleat̄. ꝛ ibi dixi. Jn hanc aūt penaȝ nō incidit filius aut libertus per solā libelli porrectionē factam corā iudice: nisi parens vel pronus citet̄ per nunciuȝ. l. libertus. ꝛ ibi no. ff. eo. ꝛ hic in glo. in ver. in ius ver. sȝ qd si dedit. Sola enim citatio in ius fcā est illa q̄ facit incidere in penaȝ: vt no. in. l. q̄uis. ff. eo. Si autem pater vel pronus citatus nō venit. vel ꝯsentit se vocari in ius. vel penaȝ iā cōmissam remittat. vel filiū vel libertū peniteat. vel actionē remittat. his casibus pena euitat̄. vt. d. l. q̄uis. ꝛ idem si pr̄ vel patronus incipit agere cōtra filiū vel libertū: quia tunc pōt ab eis vocari in ius sine venia. l. si libertus. ff. eo. Quero qd de scolari. an possit vocare in ius doctorē suū sine venia. dic φ iȝ ꝑsona doctoris vel magistri debeat videri discipulo sancta [a] ꝛ honesta sicut filio ꝛ liberto ꝑsona patris vł proni. ꝛ ei debeat̄ reuerētia. vt no. in gl. in. l. liberto. ff. de obse. liber. nō tamē debet̄ hec reuerētia iure pronatus vel p̄nitatis. ꝑut exigit hoc edictuȝ. ꝛ iō pōt facere citari sine venia in ius. qō intellige de citatōe verbali. ꝛ ita intellige gl. s. d. l. si libertus. sȝ citatōe reali. s. vt faciat eū capi ꝑsonaliter hoc nō pōt: imo pūiet̄ arbitrio iudicis. vt. l. medicos. C. ð ꝓfesso. ꝛ med. li. x. ꝛ ibi per Bar. Jtē quid de vasallo an vocabit dominū suū in ius sine venia. dic φ sic. cū nō sit de ꝑsonis in edicto expressis. vt no. in. d. l. generalr. ff. eo. Et est gl. ordi. in. c. j. de mili. vasallo q cōtumax est col. x. Et similr poterit vocare in ius sine venia filiolus patrinū suū. aīs p̄rem spiritualē. ꝛ sacerdos ꝑsentatus per eccłe patronū q̄uis olb⁹ ꝓdictis debeat̄ reuerētia. q᷑ nō sunt de ꝑsonis in edicto nominatiȝ. vt. d. l. generaliter. Jtē filius bñficiatus poterit sine venia p̄reȝ nō bñficiatū ꝯuenire noīe sui bñficij. arg. l. sȝ si hac. §. fi. ff. e. Jtem quero. An vocās alios prohibitos i ius. vt sacerdotē diuina officia celebrātē. vł sociātes cadauer ad sepulchrū. ꝛ alios de qb⁹. l. ij. ꝛ. iij. ff. eo. īdicat in penā quinquaginta aureorū. dic φ nō. sed aliter punit̄ extra ordinē arbitrio iudicis. vt tenet hic glo. magna. iuxta princi. Quero an ꝓcessus fact⁹ in iudicio ꝯtra patrē vł patronū nō petita venia sit nullus. dic φ nō. q᷑ petitō venie nō ē de substātia iudicij ꝛ ideo nō vitiat ꝓcessum. ꝛ hoc quādo pr̄ vel patronus cōparēs in iudicio nō opponit hāc exceptionē. Si aūt fact⁹ fuit ꝓcessus in absentē tūc pr̄ vel patronus quandocūq̄ superueniēs poterit hāc exceptionē oppōere ꝛ ꝓcessuȝ infringere. sȝ Bar. in. d. l. q̄uis. ff. eo. ꝛ nihilominus penā petere. q᷑ res ꝛ pena legalis simul peti pōt. l. si pro fure. §. ij. ff. de condic. fur. Jtē qñ filiusfamilias agit in iudicio i casib⁹ i qb⁹ q pōt iurabit ð calumnia an ipse vel pr̄ ꝛ qñ pr̄ dȝ sibi cōsentire. ē hic glo. magna in ver. impetrasset. de quo dic per glo. ꝛ doc. in. l. ij. C. de bōis ma. ꝛ. l. ij. §. qō obseruari. C. de iura. calū. ꝛ. l. fi. §. necessitate. C. de bo. que lib. libelius aūt [b] in hac actiōe sic format̄ Ago ꝯtra ticiū filiū meū vł libertū. ꝛ dico φ fecit me irreuerēter citari ad iudiciū ꝑ talē nūciū ad respōdēdū sibi de iur̄ corā tali iudice nulla petita vel saltē obtēta licētia ab aliquo cōpetēti iudice ad hāc citationē faciendā quare cuȝ inciderit in penā quinquaginta aureorū ꝓpter suam temeritateȝ ꝛ irreuerētiā peto ipm̄ cōdēnari ad dictā quantitateȝ mihi dandā ꝛ soluēdam pro dicta pena incursa: q̄ si soluere non poterit. peto ipsum fustigari corporaliter ꝛ puniri arbitrio vestro. Per hoc φ dicit filiū. intellige idē de nepote ꝓnepote ꝛc. q᷑ sicut extēdit̄ in ifinitū in ascēdētib⁹ ita i descēdētib⁹. Et idē est in ꝓhibitiōe nuptiaꝝ. vt. s̄. de nup. §. si igit̄ nos licet

b ¶ Libell⁹ aūt. vid Pe. Jac. in tit. de acti. in factuȝ φ qñ pr̄ vel pron⁹ vocat̄ in ius sine venia. ꝛ domi. Are. s. l. §. penales col. v. circa fi. v. vltimo querit̄.

nos.l3 alias appellatio parētū extēdat vsq3 ad tritauū tātū modo. et abinde vltra vocant maiores: vt.l.iurisconsultus.§. parētes.ff.de gradi. Itē per hoc verbū citari intellige. q sola citatio sine obiectione venie est sufficiēs ad incurrēdū hāc penā. nō autē requirit litis cōtestatio. prout voluerūt. Ros. et Specu. qui moti sunt precipue p.l.amplius nō peti.ff.rem ratā haberi. et.l.libert⁹ aduersus. et.l.ij.ff.de in ius vocā. Sz dic q nō obstat.l.ampli⁹. qr ibi requirit petitio. hic autē sufficit solicitatio. vt not.d.l.j. et hoc voluit Bar.in.l.quis.ff. eo.ti. Itē obtēta licētia ideo dicit. qr nō sufficit petere veniā seu licētiā citandi a iudice nisi obtineat. vt in.c.religiosus.de elec.lib.vj. et si iudex sine iusta causa negat dare licētiā pōt haberi recursus ad superiorem.

Item aduersus. ¶ Hic tractat de actione in factū descendēte ex edicto. ne quis eū qui in ius voca.fu.vi.exi. qd edictū colligit ex rubrica.ff.ne quis eū qui in ius vo.vi exi. et hic nō ē determinata certa quātitas in quā re⁹ cōdēnet. sed inquātū actor in litē iurauerit.l.j.§.pe.ff.eo. Habet ergo locū hec actio quādo feci citari ad iudiciū debitorē meū actione personali et temporali obligatum: vel ētiā conuentum reali: et dum veniret alius violēter et dolose et sine iusta cā detinuit et exemit per se vel alium. vt notat in.l.iij.in fi.ff.eodem propter quā detētionē vel exceptionē reus citatus liberatus ē actōe tpali qua tenebat. vel interim cōpleuit vsucapionē rei quā petebā. vt no.in.l.eximēdi.ff.eo. Vel fm Rofre.l3 reus nō sit liberatus. vel actio pscripta petēdo aliud interest. vt opar et aduocator de longinquo conductor certe dabit mihi iuramētū in litē habito respectu ad estimationē rei. sicut in pena furti et in tota dicta qualitate in qua iurauero taxatione iudicis reseruata et pcedēte cōdēnabitur eximens p penas vt.d. l.penul.§.j.ff.eo. Et nihilomin⁹ agā contra citatū ad id propter qd citatus erat. qr solo pene facta ab eximēte nō liberat reū principalē.ff.eo.l.fi. et hoc petita et obtenta prius in integrū restitutione ex clausula generali qā res vel actio fuit vsucapta. vt no.d.l.sed eximēdi.in glo.in ver.adminiculat. Et hoc iuramētū in litē contra eximētē patrat pp cōtēptū et impeditū pcepti iudicis cuius auctoritate ille reus vocat ad iudiciū.l3 alias in actione stricti iuris nō arbitraria non iuret in litē.l.in actione in prin. et in verbo plane.ff.de in litē iurā. et no.l.d.l. penul.§.j.ff.eo. quīmo etiā vocās aliū ad iudiciū calūnie cā iurabit in litē contra talē eximētē si aliqd ptendat interesse. vt qr forte conuenisset talē exēptū ex alia cā si cōparuisset.l.si eximēdi.§.itē si qs.ff.eo. et voluit ibi Bart.l3 aūt interesse et rei estimatio pbet p iuramētū in litem. vt.d.l.penul.§.j.tū qr citatus nō venit ad iudiciū pp exēptionē a se factā d3 pbari p testes vel alio mō qz p iuramētū in litē. vt.d.l.penul.§.decē. Et sic p3 q qā negatiua est cā intētionis alicuius illā debet pbare. de quo p Bar.in.l.nulla.ff.de ver.oblig. et p Inno. in.c.sup his.de accusa. Et incipit cōpetere ista actio statim exēptione facta in quātū actor estimauerit p suū iuramentū. vt no.d.l.penul.§.in huius iudiciū.ff.eo. Excusat aūt quis ab hac pena in plurib⁹ casib⁹.s.respectu psone citate exēpte cuius citatio in effectu nō tenebat. vt qr erat pater vel patronus qui non pōt in ius vocari sine venia. vel erat legatus q h3 ius reuocādi domū. vt.l.j.§.fi.cū.l.seque.ff.eo. Et respectu iudicis. vt qr vocabat corā iudice pedaneo vel arbitro vel corā alio iudice iurisdictionē de ea re non habēte. vt no. l.iij.ff.eo. vel ex alia iusta causa. vt qr locus p quē debebat ire vocatus insidiosus erat propter latrones: vt not.d.l.sed eximēdi.l.fi.ff.eo. vbi no. q quis citatus excusat si nō vadat non solū qā locus ad quē vocat est sibi insidiosus. vt in cle. pastoralis.de re iudi.sed ēt si locus per quē d3 ire: vt.d.l.sz eximendi. Libellus aūt [a] in hac actione colligi posset ex glosa posita hic sup ver.itē aduersus. et ex dictis Bar.in.d.§.decem cuius forma hec est. Ago contra ticiū et dico q feci citari gaiū in iudicio tali de auctoritate et mandato talis iudicis sup hoc ptātem hātis ad rñdendū mihi de iure sup tali re.

Itē dico q post citationē de gaio factā cū ipse veniret vel venire vellet ad iudiciū dictus ticius per violentiā et dolū ipsū gaiū exemit p se vel aliū.s.psonalr retinēdo: vel alio modo dolose impediendo: ne veniret ad iudiciū per quā exēptionem dictus gaius nō venit ad iudiciū. et sic actio mea tpalis quā intentare volebā contra gaiū vi exēptionis finita fuit vel res quā petere volebā p dolosam exēptionē factā p dictum ticiū dicto gaio fuit vsucapta. Quare peto cū dictus tici⁹ incurrerit penā qui in litē iurauero pp talē exēptionē iuro q hīto respectu ad iterest noluisse ipm ticiū fecisse talē detētionē et exēptiōe3 dicti gaij pp q nō venit ad iudiciū p cētū. In qbus peto ipsum cōdēnari pro pena dicte exēptionis reseruato mihi iure petendi interesse meū contra dictū gaiū. Citari in iudicio. ideo ponit in libello: qr nō pcedente citatiōe ad iudiciū nō cōmittit hec pena: vt.ff.eo.in rubrica. Et idē si fuisset vocatus ad locū quo citatus nō subiret forū: qr locum nō haberet hec pena.ff.eo.l.nā3 cū.§.eadem. Tali die ideo dr: qr citatio d3 esse certa respectu diei et hore. et actus factus alia die vel hora vel aliter factus qz cōtinet in citatiōe nō valet.l.aut si aliter.§.j.ff.quod vi aut clam. et ibi Barto. Iurisditionem hntis. ideo dr: qr alias eximens nō incurreret penā: vt.s.dixi. Itē dum dicit exemit collige q hoc verbū est generale: qr eximere dr quis siue corporalr citatū detineat. siue alias impediat.l.sed eximendi.ff.eo. et siue p se siue per aliū. et tūc vterq3 tenet ad penā. et vn⁹ soluēdo aliū non liberat.l.si p aliū.ff.eo. Sicut tenet pena legis vel statuti q psonalr facit homicidiū vel fieri facit qā vba sunt scripta in re3.l.nō minus.C.de accu. et ibi p Cy. et alios doc. Itē dum dicit p violētiā et dolū an vtrūq3 regrat. dic q sic qntū ad eximētē. s3 vis sufficit qntū ad exēptū.l.iij.§.fi.cū.l.sequē.ff.eo. et ibi no. Itē iō dicit nō venit. qr si venisset ad citationis non obstante exemptiōe nō cōmittit pena: qr vba cū effectu sunt accipiēda.l.pe.§.docere.ff.eo. Ite3 actio tēporalis. iō dicit: qr alias actionis pscriptio fuisset interrupta p citatiōem iuxta distinctiōem Bar.in.l.fi.ff.de eo per quē fac.est. Ite3 dicit reseruato mihi iure. hec verba sunt de bene eē. et nō de necessitate. qr solutio pene eximētis nō liberat reū.l.fi.ff.eo. iō nō est necessaria reseruatio vel ptestatio vbi qs scit ius suū vbicunq3 durare.l.sicut.§.nō videt.ff.qbus mo.pig.vel hy po.sol. Nunc quero cū duo sint tituli et due actiōes in factū ex illis descendentes qbus puniunt impedientes vocatos ad iudiciū.s.ti.ne quis eū qui in ius vocabitur. et ti.de eo p quē facit ē. Que dria est inter istū et reliquū. glo hic in ver. aduersus. sup hoc pōit quattuor differētias.s.respcū pene. respectu cōsilij. respectu ordinis et respectu violentie. Dria respectu ordinis nō ē vera per.l.fi.ff.de eo p quē fac.est. vbi loquit aūt satisdatiōem. Cetere tres differētie sunt vere et cōcio pertransēūt doc. Et idē no.ff.de eo p quē fac.ē in rub. De forma aūt libelli actiōis in factū descendē. ex ti.de eo p quē fac.est. vide in spec.in.d.§.restat.ver.s3 qr quinq3. et p Ros. in ti.de actiōe in factū.de eo p quē fac.est. Ultimo quero [b] an per citationē interrūpat vsucapio. dic vt hic in glo.in v. scdo querit. in qua. dic vt ibi: vel q talis conuentio. dic hec est vera: qr in pscriptione longi temporis et in pretorijs temporalibus requirit cōtestatio que inducitur per libellū principi oblatum. et nō sufficit sola citatio que hic facta fuit. de quo dic per Bar.in.d.l.fi.ff.de eo per quem factum erit.

Preiudiciales. ¶ Hic tractat de trib⁹ pіudicialib⁹ et realib⁹ q dicūtur piudiciales in rē. Et sic iste.§.tria dicit. Primo quot sunt actiones piudiciales. et dicit q sunt tres.s.de libertate et seruitute. Itē de libertinitate et ingenuitate. Itē de partu agnoscēdo. Secūdo dicit an sint in rē vel in psonā et respōdet q sunt i rē. Tertio dicit an sint ciuiles vel ptorie. et respōdet q due sunt ptorie.s.de ingenuitate et libertinitate. et alia de partu agnoscēdo. s3 tertia de seruitute est ciuilis. Et.h.d. Tres actiōes quaz vna est de libertate et seruitute. alia de libertinitate et ingenuitate. et tertia de partu agnoscēdo dicunt piu-

a ¶ Libell⁹ aute3. Adde do. Are.s.in §.prēiles.colum.xij.circa fi.ver.quero qño formet. et ver.quero secundo.

No.in qbus casib⁹ qs excusat a pena huius dicti.

b ¶ Ultio qro. An aūt per citationē nullā interrūpat prescriptio. vid do. Are.l.c.illō. de prescrip.

capitis crematiõis vel ꝯfiscatiõis. in. d. l. nemo. C. de male. ⁊
possunt torqueri huius malefici pro veritate cruẽda ẽt i di-
gnitate positi vt milites ⁊ senatores. vt. d. l. ⁊ si excepta. lꝫ alis
dignitas excuset a tormẽtis: vt. C. de qõnib⁹. l. milites. ⁊ l. se
natores ꝓhibitũ. est. n. hãc detestãdã artẽ magicã addiscere.
l. ij. ⁊ l. culpa. C. de malefi. secus in geometria. ⁊ alijs septeꝫ
artib⁹ liberalib⁹. vt. d. l. ij. Et de ista materia sortilegioꝝ ⁊ di
uinatoꝝ. vid plene in decretis. xxvj. q. j. ij. iij. iiij. v. p totã cãꝫ
nã nõ est eis credendũ nec ẽt faciũt iudiciũ ad torturaꝫ nec
ex eoꝝ dictis dꝫ iudex se mouere lꝫ dicãt etiã per inspectio-
nẽ astralabij aliquẽ fuisse furatũ rẽ ꝺ qua iudex inqrit. vt. l.
itẽ apud labeonẽ. §. si astrologos. ⁊ ibi p Ang. de iniurij.
⁊. c. j. ⁊. ij. extra de sortile. nec similr est credẽdũ mulieribus
querẽtib⁹ de infirmitate ⁊ sanitate alicuius p incãtatiões. vt
in decretis. xvij. q. vij. c. admoneãt. Et similr sunt hec repro
bata sup dies egyptiaci ostẽsis vel anni etas lune cursus so
lis p que aliq exploãt de vita vel morte ꝓsperitate vel mo-
lestia alicuius. Et similr sunt reprobata carmina dicenda in
collectione herbaꝝ. vt. xxvj. q. ij. c. nõ obseruetis. sed p infir
moꝝ sanitate ⁊ fructuꝝ ꝯseruatiõe ab imbribus vẽtis ⁊ grã
dinib⁹ possunt eccle orationes ⁊ simbolũ ⁊ oratio dñica nole
dñi nostri iesu xp̃i deuotissime ꝓferri: vt. l. eoꝝ. C. ꝺ malefi.
⁊. d. c. nõ obseruetis. ⁊. c. seqũti. dicit tñ Bar. in. d. l. eoꝝ. ꝙ
ille q dissoluit malias p sanatiõe alicuius nõ dꝫ puniri. Sꝫ
tñ de iure canonico nõ lꝫ aliter ꝗ ꝓfectas orationes p supra
dicta iura. ⁊ pondera hic tex. ⁊ in. l. multi. C. de malefi. qꝛ vi-
deť ꝓbare ꝙ qs possit aliũ cũ incãtationib⁹ occidere. qꝺ for
te põt cẽ veꝝ sm Jo. fa. qñ ꝓcediť ad aliqꝺ factũ vt ad for-
mationẽ imaginũ: vt no. in. d. l. multi. ¶ Tercio no. ꝙ vẽdẽ
tes mala medicamẽta incidunt in penã. l. cornelie vt hic qꝺ
intellige siue publice siue priuate vẽdãt ⁊ simili pena teneť
qui malũ venenũ necãdi hoiem cã fecerit vel habuerit. ff. ꝺ
sicca. l. iij. in prin. secus si sit bonũ venenũ. qꝛ cũ alia re mixtũ
naturã nocẽdi ab eo depõit vt ex eo fiat medicamẽ optimũ
ad salutẽ. l. qꝺ sepe. §. j. ff. de ꝯtrahẽ. emp. ⁊. l. qui venenũ. ff.
de ver. signi. Caueãt igiť pigmẽtarij ⁊ aromatarij ne cui te
mere vẽdant rẽ venenosam sicut salamãdrã cantarides ⁊ si
milia qꝛ inciderẽt in. l. corneliaꝫ. vt. d. l. iij. §. oleo ff. de sicca.
Est aũt temeritas cũ vendant discolis ⁊ incognitis qui sunt
verisimiliter in vsum pessimum cõuersuri sm Ange. in. d. §.
alio. Et attende tu iudex maleficioꝝ vt in tua inquisitiõe di
cas ꝙ inquisitus vendat malũ venenũ seu medicamẽtũ. alr
simplr dicendo ꝙ vẽdidit venenũ intelligereť de bono ve-
neno: vt dicta. l. qui venenum. ⁊. l. interpretare. ff. de penis.

Quid de ea muliere que dedit vel accepit medicãmentuꝫ.
dic ꝙ puniť vltimo supplicio post. xl. dies. ⁊ sic post partum
veneficatũ. l. si qs aliqd. §. abortionis. ff. de pe. ⁊ ante. xl. dies
puniť exilio tp̃ali. l. diuus. ⁊ ibi glo. ff. de extraor. cri. Quin-
imo is qui dedit bono aĩo medicamẽtũ mulieri ad ꝯcipien
dum pp qꝺ ipsa perierit qꝛ res est mali exempli dꝫ relegari
vt. d. l. iij. §. lꝫ ⁊ senatuscõsultũ. ff. de sicca. Jtẽ que pena pu-
niť qui cã odij vel libidinis aliqd fecit vel dedit ad bibẽdũ
vel ꝯmedendũ viro ne generare posset vel mulieri ne ꝯcipe
posse. dic ꝙ puniť vt homicida: vt in. c. si qs aliqd. de homi.
¶ Et no. hic glo. in ver. occiderunt. ꝙ vt qs puniať pena. l.
corne. puniẽte homicidas telo requiriť dolus. nec sufficit la
ta culpa: qꝛ lꝫ in penis corpalib⁹ lata culpa non equparať do-
loꝫ mitius puniť. l. iij. ff. de in litẽ iurã. Sꝫ in pena. l. corne
lie pro alijs capitib⁹ de qbus dixi. ꝺ. in prin. hui⁹. §. ⁊ in dãte
sine dolo medicamẽtuꝫ abortiõis vel ꝯceptionis nõ reqriť
dolus: vt. d. §. sed ⁊ sener⁹. ⁊. d. l. in lege que igiť diciť ꝙ cor
nelia requirit dolũ: vt. d. l. in lege. est verum contra homici-
das telo: sed nõ cõtra alios incidentes in corneliam. dic. iur.

Alia deinde lex.

¶ Lex põpeia de pari cidijs etiã cõnumerať inter publica iudicia qꝛ. l. puniť paricidiũ dolo cõmitens ⁊
mãdãtes ⁊ assentiẽtes sp̃ali ⁊ acerrime pena hic inserta. h.
d. vsqꝫ ad. §. itẽ lex de falsis. Concor. lex pe. ff. ad. l. põpe. de
pari. ⁊. l. j. C. de his q parẽ. vel li. occi. Et diciť lex põpeia qꝛ
põpeius statuit hãc penã: vt not. in rubri. ff. eo. Appellatiõe
aũt paricidij vt dicit hic glo. ꝯtinenť ascẽdẽtes ⁊ descẽden-
tes in infinitũ ⁊ collaterales vsqꝫ ad tertiũ gradũ tã ꝯsangui
nei vt frater soror ꝯsobrinus ꝯsobrina patrueles ⁊ amitini.
patruus. auũculus ⁊ amita ꝗ affines vt vxor ⁊ nurus socer
⁊ gener ⁊ socer vitricus ⁊ priuignus ⁊ priuigna. itẽ ꝑronus
⁊ patrona. ff. eo. l. j. ⁊ ibi gl. in. v. pena. itẽ nouerca ⁊ spõsa. ff.
eo. l. sciẽdũ. ⁊. l. cũ pater. pꝫ igiť p supra notatos ꝙ paricidiũ
cõmittitur inter collaterales vsqꝫ ad quartũ. ⁊ non vltra: vt
no. glo. ff. eo. l. j. in ver. pena. ⁊ in ver. ꝯsobrina. qꝛ vltra quar
tuꝫ gradũ nõ est ꝓhibitio copule ꝯiugalis: vt in. c. cũ inhibi-
tio de clande. spõ. ⁊. c. nõ dꝫ. de ꝯsan. ⁊ affi. ⁊ qꝺ dr̃ de descẽ
dentib⁹ vt in filio põt ẽt intelligi de filij naturalibus tantuꝫ
vel legitimis tantũ. l. hos accusare. §. olbus. ⁊ qꝺ no. ibi per
Bar. in accu. ⁊ idẽ in patrono ⁊ filiolo ⁊ dño ⁊ vasallo. ⁊ in
episcopo ⁊ capellano: ⁊ parrochiano. ac eoꝝ que dicta sunt
ꝺ. de actio. §. penales. in ver. eũꝫ. ⁊ qꝺ diciť in. l. j. ff. de pari.
vbi fit executio ad patronũ sm Jo. fa. itẽ intellige nisi inter
ꝑdictos fuerint cõmisse alique cause ingratitudinis iuste ad
exheredãdũ. Si. n. filius ꝯmittat cãm ingratitudinis cõtra
prem ꝑdit ius filij ⁊ alimẽtoꝝ petitionẽ adeo ꝙ pater eũ oc
cidẽs nõ puniet. l. pompeia de pari. ⁊ idẽ ecõuerso si pr cõ-
mittat cãm ingratitudinis erga filiũ ⁊ idẽ ẽt in collateralib⁹
sm Bar. l. diuus. ff. de pari. Et idẽ si ꝯmittẽs paricidiuꝫ sit
furiosus qꝛ non puniť de paricidio. d. l. pe. in fi. ff. de parici.
vel etiaꝫ si dormiẽs equiparetur furioso. l. j. §. j. ff. de acqui.
pos. ⁊ hoc qñ ignorabat sibi euenire hoc vitiũ in somno. qꝛ
tunc parciť vitio naturali. l. flumẽ. §. vitiũ. ff. de dãno infec.
Alr si sciebat sibi euenire aut qꝛ fuit in culpa nõ ꝓuidẽdo
iacere separatim nõ parciť vicio naturali. qꝛ est ad mixtũ cũ
culpa. l. si seruus seruũ. §. si fornicarius. ff. ad. l. aqł. ⁊ de hoc
p Bar. d. l. penul. idẽꝫ etiã si pater occisus erat exbãnitus: vt
vt. l. neminẽ. ff. de relig. de quo p Saly. l. j. C. eo. Jtẽ attẽde
⁊ aliud singulare ꝙ filius nedũ faciens ⁊ ꝯsentiẽs. in mortẽ
pris teneť de iure ciuili. l. culpa caret. de reg. iu. ⁊ l reg. iur.
sine culpa li. vj. lꝫ sec⁹ sit de iure canonico: vt. ij. q. vij. c. negli
gere. cũ posset p turbare puerson nisi aliud est ꝗ fore nec ca
ret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit
obuiare hoc fallit in ꝑsonis subiectis que tenentur reuelare
alr puniunť mediocri pena. s. relegatiõis. l. ij. ff. de pari. fili⁹
igiť sciens tractari mortẽ patris nisi reuelet pri. vt. d. l. ij. idẽ
si vasallo nõ reuelante mortẽ dñi sui. Et idẽ in ciue nõ reue
lante ciuitatis sue ꝓditionẽ: lꝫ in hoc vltimo qsqꝫ sint ꝯtra.
quia de

qr decapitat ⁊ male fit qr solū dʒ relegari decapitari enī dʒ
qui sciret ⁊ nō reuelaret ꝯspiratōem ꝯtra principē vel papaʒ
ſm Ange. de pu. in. d. l. ij. ⁊ per Bar. in. l. vltra co. ti. Et adō
per glo. ⁊ Bar. in. l. vt vim. ff. de iusti. ⁊ iu. Extrane⁹ aūt licʒ
sciēs sit ⁊ nō reuelās nō tenet. vt. d. l. culpa. sʒ sibi vel pecu
niā mutuās vel fideiussionē faciēs pro pecuniā ad hoc mu-
tuata tenet. l. pompeia. l. vtrū. ⁊ l. sciētē. ff. eo. Exquo insurgit
mirabile ꝙ in plus tenet mandās ꝯsentiēs vel opem pstās.
Exquo infert pro maleficio magnus plus punit ⁊ popula
ris in minus ꝙ̃ popularis mādās seu auxiliū pstans magna
ti punit magnus ⁊ nō popularis ⁊ i plus ꝙ̃ si pncipalr de-
liquisset. qr inspicit qualitas que est in pncipali ⁊ nō in ac-
cessorio ſm Bar. in. d. l. vtr. ¶ Pena aūt. l. pōpeie d pari.
est ꝙ criminosus inuoluat culeo. i. sacco de corio. ⁊ istis qua-
tuor aīalib⁹ inuicē cōtrariis. s. cane vipera simia ⁊ gallo gal
linaceo. i. gallo castrato qui fortior ē ad pugnādū cū serpen
te vel gallinaceo. i. gallo valde adiuuāte gallinas ſm glo. l.
pe. ff. eo. ⁊ C. eo. l. j. Sʒ Ange. de pu. dicit in. d. l. pe. ꝙ galli-
naceus est aīal grande formatū ad similitudinē galli ⁊ habʒ
rostrum grossissimū ⁊ longū ⁊ nascit in paludus fori iulij de
inde iste parricida ꝓijcit in mare vel in flumē ibi iuxta exi-
stēs. ⁊ si nō erat subijcit bestijs deuorantibus. vt. C. e. l. pe.
⁊ hec pēa hʒ locū pro cede patris matris aui. auie. ff. e. l. pe.
⁊ pro alioꝝ cede ꝯpetebat cornelia vt hic in ver. fine pe. Sʒ
hodie in oībus ꝓuinciis cōmittēs paricidiū punit hec pēa
ceteri aūt in amputatiōe capitis vt hic. ⁊ l. j. C. de sicca. ⁊ d.
l. pe. ff. eo. nā quā vult pōt accusator intētare sʒ in executiōe
vna tollit aliā. de quo p Bar. ff. eo. l. fi. lʒ regulariter ius ac
cusādi duret solū biēnio. l. querela. C. de fal. morte tū rei
ante sniam extiguit crimen. l. paricidij. ff. e. sicut regulr extin
gunt alia crimina exceptio qbusdā. de qb⁹ in. l. ex iudicioꝝ.
ff. de accusa. de iure aūt canonico mulier occidēs filiū calore
iracūdie vt qr forte iste exquo cōceperat quotidie imprope
rabat ⁊ ꝙ nō erat eius filius detrudit in monasteriū penitē
tiā p actura. vt in. c. j. de his qui fili. occi. ⁊ hec hʒ vir ⁊ alios
filios nutriēdos aīo cū viro remanet vt tū in sceleris penam
leat. vt in. c. intelleximus co. ti. Si aūt infantulus repiat mor-
tuus in lecto cū patre ⁊ matre tūc si iteruenit eoꝝ grauis cul
pa vt qr in medio ipsoꝝ posuerūt penitētia. vij. vel. v. annoꝝ
est eis imponēda. Si aūt leuis culpa interuenit vt qr longe
a se in eodē loco posuerūt penitētia triū annoꝝ est imponen
da quoꝝ vnū in pane ⁊ aqua pagant. vt eo. ti. c. fi. ⁊ ibi glo. ⁊
c. quesitum. de pe. ⁊ remissio. d. c. autem facta. ⁊ in glo. tra-
ctat de isto crimine paricidij.

Item lex cornelia.

¶ Lex cornelia d falsis lex publica
iudicia numerat que penā mortis irrogat seruo ⁊ deporta
tionē cū publicatiōe bonoꝝ libero q sciēter falsum testimo-
niū vl instm scripsit significauit recitauerit subiecerit signū
adulterinū posuerit. h. d. vsqʒ ad. §. l. iulia. Concor. ff. eo. l. q
testm. ⁊ l. pōponius. §. paulus. e. l. lex cornelia testamētaria.
ff. eo. ⁊ appellat. l. cornelia testamētaria. vt hic. ⁊ l. testa. ff. d
publi. iudi. qr a pnn. fuit introducta p testamētis falsis cōfe
ctis signatis. vel pductis. tū est pro alijs instris falsis fabrica
tis vel sciēter pductis: vt. d. l. paulus. ff. de falsis. ⁊ l. cū q. C.
de falsis. ⁊ no. ff. de publi. iudi. l. j. ⁊ ibi tāgit. Est tū dria inter
testm. ⁊ aliud instm quo ad furtuʒ ⁊ ad occultationē. qr de
furto vel occultatiōe testamēti ē publica accusatio sed nō p
furto vel publicatiōe alteri⁹ instri: vt. d. l. paulus. in pnn. nisi
ipm destruat vel occultat. taliter vt nemini veritas possit ap
parere. qr tunc est publica accusatio de falso: vt. d. l. paulus
in fi. caueant ergo notarij ab istoꝝ falsoꝝ instroꝝ ꝯfectōe ne
incidāt in penā falsi. ⁊ idō est bona cautela adhibere testes q
cognoscāt ꝯtrahētes vel testatorē: vt no. in. l. fi. §. finaūt dūs.
C. de iure delibe. ⁊ l. iij. §. fi. ff. de testi. ⁊ c. cū causam. de testi. si
tū notarius fuisset deceptus p suppositionē alterius psone
loco testamētoꝝ vt crebro factū est nō tenet notarius pena
falsi. cū nō sit in dolo. ⁊ falsuʒ nō cōmittit sine dolo. l. nec ex
ceptionē. C. de fal. facit. l. maiorē. in fi. C. eo. ⁊ nō solū incidit
in falsuʒ notarius in scribēdo falsuʒ instm: sʒ etiā recitādo
vel subijciendo vel signādo ⁊ sigillū apponēdo. vt apponit
in instro in scripturis: vt. §. d testa. §. postea. vel apponit alteri
rei: vt. l. j. §. si cista. ff. depo. put ꝯsueuerūt mercatores appo
nere suis ballis troxoscellis: vt no. ff. de fal. l. j. §. q rōnibus
in glo. in ver. tabulis. vel ꝯtrafaciēdo sigillum alienū: vt. d. l.
cornelia. de testa. ff. eo. ⁊. c. lʒ. extra de crimine falsi. vel intel-
lige signādo. i. faciēdo signū adulterinū. i. falso fabricatū vt
exponit glo. ff. eo. l. siqs legatū vt apponēdo in instro signuʒ
⁊ nomē alteri⁹ vt appeat instrʒ ab eo ꝯfectū: vt not. Bar. i. l.
qd si falsum. in. v. imutet. ff. eo. vel etiā suū signū maculādo
⁊ mutādo vt nō possit fieri cōparatio scripturaꝝ. vt dicit hic
in ver. signū suū semel assumptū ⁊ in plurib⁹ instris apposi-
tū ⁊ si hoc dolo facit incidit in penā falsi. facit. l. fi. C. d assess.
dū dicit signū qd solitū est cartis imponat ei similr incidit in
falsuʒ qui veꝝ testm vel instm nouiter forte mutādo aliqd
de volūtate dūi defuncti. vel ꝯtrahētiū vel celauerit vel de-
leuerit vel fecerit vt verū apparere non possit vel sigilla resi
gnauerit vel remouerit: vt. d. l. qui testamentum. ⁊. d. l. qui
paul⁹. §. j. ff. de falsis. Sʒ quid si notarius scribat aliqd fal-
sum nō instrumētū. sʒ inualidū an incidat in penā falsi. dic
p Bar. l. siqs legatū. ff. de falsis. vbi ꝯcludit cū Richar. ma.
qui hanc qōnem disputauit ꝙ si instm est rōne materie vel
ꝯtractus vt rei sacre vel religiose sciēter vendite vel legate
ꝙ tunc incidit in falsuʒ: vt. d. l. siqs legatū cōiuncta. l. j. C. de
sepulc. vio. Si aūt est nullū rōne forme requisite deficiētis.
vt. deficiunt āni dūi vel aliud substantiale ⁊ formale instri.
⁊ tunc nō incidit in penā falsi cū instm nō parit alteri pindi
cium. secus si aliqd pindiciū alteri parere possit. vt est gl. no
tabilis in. l. dānuʒ. ff. de fal. ⁊ hanc qōneʒ disputauit Jo. an.
quā ponit in mercurialib⁹ suis. c. nō est sine culpa. de re. iu.
li. vj. qua qōne. vide ēt p Saly. d. l. j. C. de sepul. vio. Et silr
decidit qd de teste qui deposuit dictū suū falsum sʒ inuali-
dum. vt qr nō iurat⁹ vl extra articulos deposuit de quo dic
p Bar. vt in. d. l. siqs legatū. Itē qd siqs scribat scripturam
priuatā falsaʒ an incidat in penā falsi siue sit notari⁹ siue alis
cū hic tex. loquat indistincte. dic ꝙ si talis scriptura nō facit
fidē vel pbationē aliquā ⁊ nō incidit in falsum p dictā legē
siquis legatū. secus si facit fidē etiā semiplenā vel indiciuʒ:
vt qr sit trino teste notata. vt. l. scripturas. C. qui potio. in pi-
gno. habētur in. d. l. dānū. ⁊ p Bar. in. l. j. §. qui rationibus
ff. de fal. d falso tamē agi nō pōt ciuiliter ad interesse si talis
scriptura est nulla vt nō pindicat agere volēti. ⁊ sic eius nō
interest. ar. l. repetita. ff. de fide instru. ⁊ ar. l. qui in nomine. ff.
d fal. Itē quid si vnus scripsit scripturā falsam. ⁊ alius sigil
lauit. vel subscripsit. vel vnus dictauit ⁊ ali⁹ scripsit an oēs
tenēant pena falsi dic ꝙ sic. qr vterqʒ erat sciēs. in. d. l. corne
lia de testa. ff. de fal. vbi glo. dicit sigillādo vel subscribēdo.
⁊ l. diu⁹. §. itēʒ senatus in ver. dictātes. ⁊. §. matre. Et ꝙ no.
Bar. de dictante in. l. siqs obrepserit. C. de fal. facit. l. dictā-
tib⁹. C. de testa. nisi sit fili⁹ vel seru⁹ qui rōne subiectionis ⁊
obediētie excusarentur a quasi falso. l. filius emācipat⁹. eo. tit.
Itē qd si statuti dicit ꝙ ꝯdēnatus pro falsitate nō possit hre
officiū qualr intelligit falsitas. dic ꝙ falsuʒ sumit trib⁹ mo-
dis. Pmo largissime put faciūt dialetici dū dicunt ꝙ oē qd
nō ē veꝝ. est falsuʒ. siue cū dolo siue sine dolo. l. is q ducēta.
§. verū. ff. de re. iur. Scdo modo accipit large put est muta
tio veritatis dolo facta. vt auē. de fide instr. in pnn. col. vj. vt
l. nec exēplū. C. de dolo. Tertio mō sumit stricte p falsitate
cōmissa in. c. enumeratis. in. l. cornelia. ⁊ eius suppletiōibus
de qbus. ff. ad. l. cornel. l. j. ⁊ per totū. ⁊ hoc mō accipit in sta
tutis q debēt sumi ppie. l. ꝯtōnib⁹. ff. ad munici. ⁊ l. qcqd
ꝯstringēde. ff. de ver. obli. Solū igit punit pena. l. cornelie
illud falsuʒ qd est expssuʒ in capitis. l. cornelie. ⁊ eius supple
tionib⁹ ſm Bar. in. l. qd si falsum. ff. de fal. Iteʒ quero q̃ sit
pena. l. cornelie. de falsis. dic ꝙ regulr pena est illa de q̃ hic.
⁊ l. vbi. in fi. C. eo. ⁊. ff. eo. l. j. in fi. s. mortis naturalis i seruo.

⁊ deportationis cū publicatione bonoꝝ in libero. hoc tñ de publicatiōe bonoꝝ corrigit hodie. q̄ applicant̄ ascēdētib⁹ ⁊ descēdētib⁹ vsq̄ ad tertiū gradū. vt i auc. bona dānatoꝝ. §. de bonis dāna. Sed alie regulares ⁊ diuerse pene imponunt̄ ⁊ qñq̄ maior ⁊ qñq̄ minor pena imponit̄ fm diuersitatē varioꝝ casuū ⁊ factoꝝ que puniunt̄. p. l. vbi. C. eo. vt dicit glo. ff. eo. l. j. §. fi. ⁊ C. eo. l. q falsos. naz varia ⁊ diuersa facta punit. l. cornelie de falsis. ⁊ sic plurib⁹ varijs ⁊ diuersis modis dicit̄ qs cōmittere falsuz ⁊ punit̄ per. l. corne. de falsis. ⁊ suppletiōib⁹ ei factis p senatuscōsultū libonianū. naz tenet̄ pena. l. cornelie de falsis. q scripsit vel scribi fecerit dicta testiū aliter q̄ dixerint ⁊ iudici tradit. Itē qui accipit pecuniā vt falsam aduocationē faceret. vel falsoz testimoniū. ff. eo. l. j. in pri. cū glo. sua ⁊ q pacti sunt inuicē ferre testimonia falsa. l. cornelia. §. q falsas. ff. de falsis. vel instruere falsaz litem ꝯtra aliquē. l. falsi pena. ff. de falsis. Item cū notarius per pecuniā refert iudici aliquē tulisse testimoniū q nō tulit. vel per pecuniā remittit ad dicendū. d. l. j. §. sz ⁊ sic. item iudex qui scienter ꝯtra leges iudicat. vt. d. l. j. §. q iudicē. si aūt per ignorantiā iudicat ꝯtra legē facit litē suā. i. ex maleficijs §. si iudex. ff. de act. ⁊ obli. ⁊ l. fi iudex. ff. de varijs. ⁊ extraordina. cogni. dixi J. de obli. que ex quasi delic. nas. in pri. Itē notarius qui amouet siue furatur vel celat testm̄. vel aliud instm̄ vt veritas nemini possit apperere. ⁊ de vtroq̄ est publica accusatio. ⁊ ita intellige gl. l. cū qui. C. de fal. ⁊ ibi p Sali. ⁊ p Bar. l. paulus. §. j. ff. de fal. ⁊ J. dixi. Itē notari⁹ ꝓcurator vel aduocat⁹ qui instra ⁊ iura vnius ptis pādit alteri pti aduerse tenet̄ falsi. d. l. j. §. is qui deposita. ff. de fal. ⁊ ibi per Bar. si ergo notari⁹ attestatōes vnius ptis legat aduersario ante publicatōem tenet̄ pena falsi. vt. d. l. is qui opem. ff. de fur. ⁊ ibi per Dy. ⁊ adde. l. saccularij. §. sunt preterea. ff. de extraor. cri. ⁊ l. si qs aliqd. §. si qs instz. ⁊ §. instra. ff. de pe. Itē scribēs instm̄ vel codicillos alterius ⁊ ascribens hereditatez vel legatū. l. j. ff. de his qui pro nō scrib. ha. vel aliud emolumētū. l. iij. C. de his q. sibi ascri. sibi vel ei in cuius ptāte vel existēte in ptāte ipsius scribentis. vel existētis in ptāte eius in cuius ptāte ē scribens. l. de co. ⁊ l. filius. ⁊ ibi glo. in v̄. legatū. ff. de fal. ēt si scribat de voluntate testōris. d. l. iij. C. de his qui sibi ascri. ⁊ ēt si esset illud alij restituturus. l. filius. §. fi. ff. de falsis. dicit̄ ꝯmittere quasi falsum. ꝯmittit̄ etiā ignorāter ⁊ sine dolo. l. diuus ⁊ ibi Bar. ff. de fal. lz secus sit in vo falso qd̄ nō ꝯmittit̄ sine dolo. l. nec exēplū ⁊ ibi Bart. C. de fal. ⁊ huic sic ascribēti ⁊ quasi falsoz ꝯmittēti ēt ignorāter ⁊ sine dolo ꝑcipit̄ ⁊ p verisimiles ꝓsumptiōes doceat se ignorasse. ⁊ ascripos ꝯmodo desistat. vt. d. l. iij. C. de his q sibi ascribūt. Nā iuris ignorantia excusat a delicto in quo nō regritur verus dolus. sed ꝓsumptus. vt in isto quasi falso. lz nō excuset a delicto in quo non requiritur ver. dolus sed ꝓsumptus vt in isto quasi falso fm Bar. d. l. diu⁹. ff. de fal. itē excusatur qs ꝓpter iussuz patris vl' domini. l. de eo. ⁊ ibi glo. ⁊ Bar. ff. de fal. Itē etiā excusat̄ quādo scribens se heredē eodē mō fuissz ab intestato successur⁹. l. ꝑ. C. d̄ his qui sibi ascribūt. Itē fallit qñ est castrense peculiū. l. si pater. ff. de fal. per quaz. l. dicit ibi. Bar. q pater notarius potest cōficere instrumētuz pro filio emancipato sz nō in potestate etiā in aduēticijs. vt not. glo. l. ipuberē. §. j. ff. de fal. nisi diceret q sibi nō querat̄ vsufructus. vt ibi dicit. Bar. ⁊ ecōuerso pōt esse filius notarius in rā patris de quo in specu. d̄ instrumētorum. editio. §. postremo v̄. itez q est domesticum. Itē fallit quando quis ascribit sibi restituendum sub pluribus ⁊ diuersis ꝯditionib⁹. l. diu⁹. §. finali. ff. de falsis. Si ergo notarius dicit q testator istituit filios suos. ⁊ eos inuicez substituit. ⁊ si oēs decedāt sine liberis substituit notariū infrascriptuz valet substitutio de se facta. p. d. l. diu⁹. §. fi. ⁊ ibi Bar. Sz hec pēa quasi falsi hz ēt locū vbi qs ascripsit sibi in testō nūcupatiuo. fm Bar. d. l. j. §. ex illa. ff. de falsis vbi glo. de hoc querit ⁊ nō soluit. Itē mutās sibi nomē fraudulēter cā aliā decipiēdi punit̄ de falso. alr̄ nō. l. falsi nominis ff. de fal. ⁊ l. j. C. de muta. no. Itē vēdēs rez duob⁹ insolidū diuersis ꝯtractib⁹ incidit in penaz falsi nois. ff. de fal. Item corrūpēs vel corrūpere tentās iudicē ⁊ his duob⁹ casib⁹ pena huius falsi est minor. s. sola relegatio. l. qui duobus. ff. de fal. sicut ēs pro sola recitatiōe false scripture qs relegat̄ tēporali exilio. s. decēnio. l. falsi nois. §. eadē. ff. de fal. ⁊ silr ꝓ solo vsu falsi instrumēti nō desistēs relegat̄. vt not. l. si veterio. C. de fide instrumē. ⁊ ibi per Saly. Itez q dicit varia ⁊ diuersa testionia in eadē rā tenet̄ pena falsi. l. eos. §. de ipsa dētia. ff. de fal. Et idē dicit ibi Bart. de testib⁹ qui dicunt vnū extra iudiciuz ⁊ in iudicio ꝯtrariū: qd̄ dictuz cōiter per doc. reprobat̄ q̄ dictū testis nō iurati. extra iudiciū ē nullū: vt. l. soluz. C. de testi. ⁊ iō cessat pena falsi. vt. l. si qs legatū. §. hoc tñ. ff. de falsis. Itē gerēs se ꝓ milite vel doctore cū non sit incidit in falsuz ⁊ punit̄ ꝓ cōmissi qualitate arbitrio iudicis: vt. d. l. eos. §. fi. Itē vēdēs rē obligatā alteri ⁊ eā non fore obligatā asseruit. l. si a debitore. §. eo. vl' in scd̄o instro obligatorio facit fraudulēter apponi diē ꝑcedentē primoz obligatiōez. l. repetita. ff. de fide instru. Itē q obrepsit iudici. i. qui p falsam suggestionē vel falsaz scripturā aliqd obtinuerit a iudice: vt. l. si qs obrepserit. ff. de falsis. Item supponēs partū lz de tali falso nō fit accusatio publica sed solū parētū ⁊ quoꝝ interest. l. lege. §. de partu. ff. de falsis. Itez regrit̄ ꝓ iudicē ꝯtra ꝓducētē scripturā suspectā: vt q̄ est rasa vl' aliās maculata: vel ꝓducēs vl' scribēs ꝯsueuit alias tales falsitates facere. l. diuus. ff. de falsis. ⁊ l. iubem⁹. ⁊ p Saly. C. de ꝓba. Simil'r ꝓducēs seu vtens sciēter falso rescripto pena falsi punit̄ maiori q̄ alio vtēti falso instro. l. maiorez. C. de falsis. In rescriptis aūt ꝑsonalib⁹ alias principalib⁹ de iusticia est idē qd̄ in ceteris instris: vt in. c. accedēs. de crimi. fal. q̄ parcit̄ ⁊ si de falsitate cōperta desinat eis vti. Nā cū lr̄e de simplici iusticia faciliter hēri possint non ꝑsumit̄ in eis cōmissa falsitas nisi doceat̄: vt. d. §. accedens. Sed in rescriptis etiā de gratia vtens etiā ignorāter punit̄ nisi fecerit oēm diligētiaz quā potuit primo examinādo ea ⁊ a peritioribus inuestigādo an sit veꝝ vel falsuz: vt in. c. ad falsarioꝝ. cū sua glo. de crimine falsi. vbi punit̄ tā vtēs q̄ faciēs: vel si eo faciens falsum rescriptū. Et hec eadē distinctio pōt habere locū etiaz in rescriptis principū. fm glo. in. d. c. ad falsarioꝝ. Sed falsificās vel sciēter vtēs falsis rescriptis alioꝝ inferioꝝ vt regis punitur leuioꝝ q̄ ferro hulatur ⁊ in exiliū mittitur: vt in. c. ad audiētiā. de cri. fal. Et adde q quicūq̄ detruncaret bullas de litteris papalib⁹ vel alijs litteris incideret in penā falsi. l. fi. ff. de fal. ⁊ ibi p Bar. licitū est tñ allegare legē correctā ꝓpter eius rationē habendaz. vt no. glo. ⁊ ibi Bart. l. j. C. de lati. libe. tol. ⁊ c. nouit. de iud. Item de falso punit̄ dolo corrumpēs albū ꝑtoris in quingētis aureis. in. l. pe. in prin. ff. d̄ fal. ⁊ ibi p Bar. l. si qs id qd̄. ff. de iuris. om. iudi. Et similiter falsans publica pondera vel mēsuras vt hic cōdemnatur in duplū ⁊ relegat̄. ff. de fal. l. pe. ¶ Ultimo no. q de falso cognoscit̄ sex modis. videl'z quattuor modis ciuilr̄. s. agendo. ⁊ excipiēdo ⁊ replicādo. ⁊ in integrū restōnē petendo. ⁊ duobus criminalr̄. s. accusando ⁊ inquirēdo. de quo p gl. l. si ex falsis. C. de trās. Et p Inno. in. c. lz de ꝓba. Et vsq̄ ad q̄tuz tpo possit cognosci de falso dic: vt. l. querela. C. de fal. Et adde q post publicationē testiū ⁊ ēt post snīam pōt opponi exceptio falsi ⁊ ꝓbari indirecte: vt. c. cū venerabilis. de excep. ⁊ d. c. lz. de ꝓba. Et an excep. falsitatis impediat executionē snīe. dic p Bar. l. fi. C. si ex fal. instru. diligenter. q statutum vel ꝓuisio facta de carceratis relegatis vel bānitis restituēdis non extenditur ad carceratos vel bannitos pro falsitate ter. ⁊ ibi per Bar. l. lucius. ff. ad turpil.

Item lex iulia.

¶ Uis illata tam cū armis q̄ sine armis p legē Iuliam punit̄: que simil'r iter publica iudicia numerat̄. h. d. vsq̄ ad §. finalē. Est enis pena. l. iulie seu violētie illate cū armis deportatio ⁊ oium bonoꝝ publicatio. vt hic. ⁊ l. j. ff ad. l. iul. de vi publi. vel priua. Et qñq̄. s. occasiōe violentie illate est cōmissum

missum homicidiũ ẽt ꝓpositũ:vt.l.qm̃ mlĩa facinora.C.ad.l. iulia3.de vi publica.multis.ꝛ alijs modis diuersis ꝛ varijs penis puniunt̃ violentie:vt no.glo.ꝛ Bart.in.l.extat.ff.qḋ met⁹ cã.ꝛ.ĩ.de interdictis.§.recuperãde.ꝛ ibi vide. ¶ Sꝫ quero an dicet̃ illata vis cũ armis si aliq̃s insultet⁹ cũ armis vbi interuenerũt arma sꝫ nõ fuerũt extracta:vt q2 forte non eis sed pugnis verberati sunt.dic q̃ sic.q2 sufficit terror armoꝝ.l.iij.§.armis.ff.de vi ꝛ vi ar.ꝛ ibi Bar. Et sicut p armis euaginatis punit̃ insultãtis pro armis nõ euaginatꝫ. qḋ tꝫ Albe.de rosa.sc̃da pte statutoꝝ suoꝝ.c.xxxv. Et idem si aliqui erãt armati aliq̃ nõ.vel ẽt si oẽs nõ essent.in prin.sꝫ ex postfacto sumpserũt arma.nã dicit̃ violẽtia armis illata inspecto fine ꝛ nõ principio:vt.d.§.armis.ꝛ ibi glo. Et ideo si ego videns hoies armatos veniẽtes aufugiã eoꝝ terrorẽ ꝓpterea ipsi videtes hoc appꝛehẽderũt possessionẽ vel domũ meã:ego dicor vi armata deiectus:vt not.glo.in.d.l.j.§.armis. Et adde q̃ armoꝝ appellatio dicit̃ large.l.pro oi re apta nata ad nocẽdũ:ꝛ ita cõtinet arma ferrea ꝛ lanceas.arcus.ꝛ fustes.ꝛ lapides.ꝛ sic tã arma offendibilia vt sunt predicta ꝙ etiã defensibilia vt sunt scuta.galee.l.armoꝝ appellatio.ff.de ver.sig. Et qualr̃ mõ accipit̃ in hac.l.iulia.de vi publica.ꝛ.ĩ.de interdictis.§.recuperãde.ꝛ.ff.ad.l.iul.de vi publi.l.armatos.ꝛ.l.penul.§.poloũ.ꝛ.d.l.iij.§.armis.de vi ꝛ vi arma.ꝛ ita etiã accipit̃ in ꝑmissione de occidẽdo furem se telo defendẽtẽ:vt.l.si pignore.§.furem.ff.de fur.ꝛ ita etiã accipit̃ in ꝓhibitiõe facta de portãdo arma ad sarracenos vt.c.ita quorũdã.ĩ iude.ꝛ sarra. Stricte accipit̃ appellatio armoꝝ ꝓ armis ferreis offendibilib⁹ ꝛ defensibilib⁹:vt not. glo.in cle.j.ĩ sta.mo.sup ver.arma. Et hoc mõ sumit̃ in illa ꝯstõne de armis.§.vt aũt.coll.vj.in qua ꝓhibet̃ ois priuat⁹ fabricare arma nisi ꝓsonis publice deputatis ad arma fabricãda. Et simil̃r ibi ꝓhibet̃ ois priuatus arma deferre:alias arma ꝑdunt̃ ꝛ in publico errario deferunt̃.vt ibi pꝫ.ꝛ not. glo.C.de fabri.in rubri li.xj. Et hoc casu nõ ꝯtinent̃ fustes ꝛ lapides.ideo tũc ꝓhibitus ꝑ statuta portare arma nõ ꝓhibet̃ facere lapides nisi eẽt ꝯsuetudo in loco vtẽdi lapidib⁹ pro armis ar.l.q̃ si nolit.§.q̃ assiduo.ff.ĩ edil.edic.ꝛ.l.semp in stipulatõibus.ff.de reg.iur. Quinimo etiã tenens arma in domo:agro:vel villa tenet̃.l.iulia.de vi publica. Fallit in plurib⁹ casibus vbi quis nõ tenet̃ ex retentione vel delatione armoꝝ.s.ꝓpter vsum venationis.nauigationis.itineris. mercationis.obueniẽtis hereditatis.l.j.ꝛ.ij.ff.ad.l.iul.de vi publi. Hodie indistincte ꝓhibitũ est hic vendere vel portare arma offendibilia vl̃ defensibilia sine licẽtia principis.in auc̃.de armis.§.ꝓhibemus.ꝛ.C.vt armo.vsus.inscio.prin. iudi.sit.li.xj.dũmodo scias q̃ appellatõe armoꝝ nõ ꝯtinent̃ gladioli ad scindendũ panem vel temperandũ pẽnas.vt est glo.sing.dicto.§.ꝓhibemus. Predicta tamẽ gñatio ꝛ indifferẽs ꝓhibitio nõ tenẽdi:fabricãdi:vendẽdi:ꝛ differẽdi arma cõsuetudinis nõ obseruat̃:sꝫ post statuta terrarũ cõmuniter declaratur quomodo ꝛ qñ liceat portare arma ꝛ quomodo intelligãtur arma prohibita per statutũ.ꝛ ĩ ista materia vide p Bart.l.j.ff.ad.l.iul.de vi pub. Appellatione aũt teloꝝ solũ ꝯtinent̃ arma offendibilia.l.pe.§.teloꝝ.ff.ad.l.iul. de vi publi.ꝛ dixi.ĩ.eo.§.itẽ.l.cor.de sicca. Et aduerte q̃ hñs liciam portandi arma nõ põt deferre arma offendibilia apud iudiciũ nec in contione ꝯgregatoꝝ seu ꝯuentu scolarium.l.qui dolo.§.itẽ q̃ cũ telo.ff.ad.l.iul.de vi pub.ꝛ ibi p Ang.de pu. ¶ Sꝫ quero an si aliq̃s delinquat cũ armis an punit̃ duplici pena.s.pro delicto cõmisso ꝛ pro delatione armoꝝ. Ja.de bel.q̃ sic ar.dicte auẽ.ĩ ar.§.pe.ꝛ ar.l.nunꝙ plura.ff.de pua.delic. Nõ intelligit Bar.nisi delatio armoꝝ fuerit ad cõmittendũ illud maleficiũ:q2 tunc confundit̃ ex maleficio subsecuto.ar.l.illud.ff.ad.l.aquil.ꝛ qḋ no.ĩ insultu ꝛ de ꝑcussiõe.in.d.l.j.ff.de priua.delic. ¶ Sꝫ quero que sit pena delatiõis armoꝝ.dic q̃ est ipsoꝝ publicatio ꝛ punitio in pecuniã vl̃ i corpus iudicis arbitrio s̃m qualitatẽ delicti.vt.d.auc̃.de armis.§.hoc enĩ.ibi dũ dicit penã in pecuniis.ꝛ in ipsum formidãtes caput.vbi gl.singularis exponit.i. penã iuris.ꝛ in ꝑsona.in q̃bus vbis vtunt̃ statuta dũ dicunt q̃ quis bãniat̃ in re ꝛ in ꝑsona. Et q̃ eo ipso statutũ ꝑmittit actũ in quo requirunt̃ arma.vt occidere bãnitũ in ꝯsequentia vr̃ ꝑmittere declarationẽ armoꝝ.l.illud in fi.ff.de acqui. hꝛdi.als de ꝑcu. Et q2 ꝓhibitio deferendi arma nõ dꝫ fieri nisi in cã licita ꝛ ꝑmissa ar.l.si cui.ff.de serui. Et hoc disputando determinauit dñs Tho.de arbitis de bonoñ. ¶ Sꝫ quero dum familia pñtis vadit per ciuitatẽ portãdo arma reperit cultellum proiectum in terram per vnũ ex pluribus ibi existentibus nec constat quis eorum proiecerit quis punietur ex delatione armorum. Tancredus de corne.in suo opere.c.xij.q.xiiij.decidit q̃ punietur is penes quem arma erãt pro hoc.ar.l.excipiunt̃.ꝛ ibi ꝛ ad pedes dicunt̃.ff.ad sillcia. Si aũt equal̃r sunt ꝓpe oẽs indutiĩ tunc ne delictum remaneat impunitũ oẽs punitur rõne incertitudinis vno tñ soluẽte ceteri liberant̃.l.j.§.si.cũ se.ꝛ sequẽ.ff.de his q̃ deie. vel effude. Et attende q̃ aliq̃ dicũt q̃ priuatus hodie licite ꝛ sine pena põt facere tenere emere ꝛ vẽdere arma.quis vr̃ facere ex tacito ꝯsensu populi ꝛ pricipis qui cũ sciat hãc eẽ ꝯsuetudinẽ.maxie per italiã ꝛ nõ ꝯtradicat tacite ꝑmittere videt̃.argu.l.si vñ.ff.ad macedo.ꝛ qḋ no.glo.magna i fi.C. que sit longa ꝯsuetu. Jtẽ q2 non sunt fabricẽses deputati a pricipe.i.arma fabricãtes.vt olim.ꝛ.d.l.j.C.de fabri. sꝫ possẽs dicere q̃ hoc ꝯsuetudine vsorpatũ ẽ ex impotẽtia pricipis sicut est vsurpatũ meꝛ ꝛ mitrũ imperiũ.vt dicit glo.in auc̃.de defen.ciui.§.nulla.colla.iij. Sꝫ qd si non portat arma p se sꝫ facit q̃ famulus portat post eũ an teneat̃ ac si ipse portaret qḋ vr̃.arg.l.j.§.deiecisse.cũ similibus.ff.de vi ꝛ vi armata. Cõtrariũ tenẽt doctores.p.l.sigs ꝓferẽdũ.ff.ĩ fur. Nec obstat.§.deiecisse.q2 dico q̃ bene vr̃ portare arma vl̃ teneat̃ alia pena ꝛ nõ illa qua tenet̃ portãs.ar.l.j.C.de nil li. ꝯge.nõ rum. Jtẽ nũquid statutũ laicoꝝ ꝯtra arma portãtes liget clericos.ꝛ vr̃ q̃ nõ:q2 nõ sunt subditi statuẽtib⁹.l.j.C. de sum.trini.ꝛ fide catho.ꝛ.l.fi.ff.de iur.om.iudi.ꝛ.c.que i ecclesiaꝝ.de ꝯstitu. Sꝫ dic ꝯtrariũ.q2 in his que ꝯcernunt publicã vtilitatẽ ꝯprehendunt̃ clerici.l.aditos.C.ĩ episco. audiẽ.ꝛ qḋ no.gl.in.l.ex ca.ff.de postbu. Sꝫ nõ portare arma ꝯcernit publicã vtilitatẽ.vt in auc̃.de armis.in pri.ergo ꝛc. Et de hoc est casus in feu.de cle.viola.§.si clericus. Jtẽ q2 eis est ꝓhibitũ portare arma.in.c.ij.de vita ꝛ hone.cleri. Pena tñ hmõi delationis exigit̃ corã iudice ecclastico nõ seculari.vt in auc.statuimus.de episc.ꝛ cle.ꝛ.c.si diligenti.ĩ foro cõpe.ꝛ.d.§.si clericos. Sꝫ quero qñ dicat̃ illata violẽtia vt habeat locũ pena legis iulie ĩ vi.dic q̃ ad hoc vt ꝓprie violẽtia sit facta,requirit̃ cui resistit nõ põt.vt.l.ij.ff.quod metus cã. Si igit̃ statutũ dicit q̃ cõdemnat⁹ pro violẽtia non possit appellare.ꝛ qdã sit ꝯdẽnatus.q2 habuit hoies ꝯgregatos in armis nõ vr̃ ꝯdẽnat⁹ pro violentia.ꝛ idõ appellare poterit.nec ob.tex.ff.eo.l.iij.ꝛ.c.eo.l.fi.vbi habẽs hoies armatos punit̃ lege iulia de vi que lex punit violẽtiã illatam cũ armis.vt hic.ꝛ sic vr̃ q2 habens homines armatos dicat̃ ꝯmittere violẽtiã:exquo punit̃.l.iulia.de vi publi.q2 respõde q̃ lex iulia nõ solum punit violẽtiã inferẽtẽ:vt.d.l.iij.in pri.imo etiã ex suppletiõe senatusꝯsulti puniunt̃ improbe coeũtes in aliena lite vbi nulla interuenit violẽtia.l.ex senat⁹. ff.ad.l.iuliam.de vi publi. Nõ igit̃ sequit̃ iste actus punit̃ per.l.iuliaꝫ.de vi ergo est violentus s̃m Bar.ad.l.iuliam. de vi publica. Dicit̃ ẽt cõmitti violẽtia ab absente eo in quẽ cõmittit̃ dũmodo res eius occupet̃ ꝓpria auctoritate ꝯtra voluntatẽ illius.l.creditoris.ad.l.iuli.de vi pri.ꝛ.l.iij.§.sigs aũt.in ver.nisi ab his.ff.de vi ꝛ vi arma.ꝛ in vi priuata sine armis opꝫ q̃ ꝯstet ĩ aio occupare volẽtis p viꝫ.vt no.Bar. ꝛ Ang.in.l.creditores. Sꝫ in publica eo ipso q̃ quis armatus intrat domũ alteri⁹ ꝛ rapit res absente dño domus presumit̃ violẽtia ex delatione armoꝝ.s̃m Jac.de are.l.sigs ex domo.ff.de furtis. Et ideo ꝓcedit libellus accusatorius de violẽtia ꝛ robaria q̃ qs intrauit talẽ domũ:ꝛ nullo ibi existẽ

te abstulit tales ⁊ tales res.ꝑ.d.l.si qs ex domo.⁊ ibi p Ang. vtraqȝ tñ lex.s.publica ⁊ priuata facit iudiciũ publicum vt hic.⁊.l.j.ff.de publi.iudi. Et not.d.l.si qs ex domo.in fi.nisi in casibus illius legis vbi rapina est crimen priuatũ qñ raptor: neminẽ reperit.vt no.in glo.in l.infamẽ.ff.de pub.iud. Et addẽ ꝙ vbicũqȝ hȝ locũ lex iulia ð vi priuata sine armis: ibi hȝ locũ lex iulia de vi publica si fiat cuȝ armis.vt ẽ cũ qs ꝯuocatis socijs verberat aliũ.vt.ff.ad.l.iul.de vi pub.l.qui dolo §.hac lege.⁊ lege iulia de vi priuata.l.ij.⁊ vt est cũ qs de domo vel agro suo deiecit alium.l.j.in fi.ff.ad.l.iuliã.de vi publica.⁊.l.si qs aliquẽ.ff.ad.l.iul.ð vi priuata. Et vtraqȝ hȝ locũ in vi cõpulsiua.vt cũ qs cogit debitorẽ suũ sibi soluere.l.sȝ ⁊ partus.in fi.ff.qð met⁹ cã.vel cũ qs minat̃ alicui se eũ depredatuꝝ nisi det sibi certã pecuniaȝ.l.iij.in fi.ff.ad legẽ iul.de vi publi.in ver.cõcusserit ⁊ l voce ⁊ l vi ablatiua nec interest ad legẽ iuliã ð vi priuata. Est tñ dñia an agat̃ ꝑ vi expulsiua ꝗ casu reqrit̃ ꝯgregatio hoiũ.vt.d.l.si qs aliquẽ ff.ad.l.iul.ð vi pu⁊.an agat̃ ꝑ vi ablatiua.l.nec licet.ff.ad.l. iul.ð vi priuata.⁊ ibi p Bar.⁊ Sali.l.iiij.C.ad.l.iul.ð vi pub. vl̃ priua. Et aggregatio hoium verificat̃ ẽt in vno hoie congregato.l.ij.§.oẽs.ff.vi bono.raptoꝝ.lȝ aĩs pluralis locutio duoꝝ numero sit ꝯtẽta.l.vbi numerus.ff.de testi. In qbus aũt ⁊ pro qb⁹ hȝ locũ l.iulia.de vi publi.vel priua.vide.l.j. ⁊ ꝑ totũ.ff.ad.l.iul.de vi publi.⁊ priua. Tamẽ no.ꝙ vbi qs verberat aliquẽ est priuatũ crimẽ iniuriaꝝ.l.lex cornelia.ff. de iniur.nõ aũt est publicũ.s.legis iul.de vi publi.vl̃ priua. nisi in quattuor casibus.l.qñ verberat̃ embasiator. Itẽ qñ appellans verberat̃ aut torquet̃ a magistratu a quo appellat.l.legis prime.ff.ad.l.iul.de vi publi.⁊ ibi Bar. Itẽ qñ est facta verberatio coadunatio hoib⁹.vt.l.ij.ff.ad.l.iuli.de vi priua.⁊.l.iiij.C.eo. Item ⁊ quarto qñ aliqs verberat̃ aĩo occidẽdi.l.j.§.diuus.ff.de sicar. Itẽ tenet̃ lege iulia iudex secularis si reminit ad ep̃ȝ clericũ cũ mitra in capite.d.l.lex iulia.⁊.que aũt in colũ.⁊ ibi Bar. Itẽ tenet̃ lege iulia qui ꝯgregat gẽtẽ ⁊ eripit captũ de manu familie ducẽtis captũ illũ ad iudicẽ.l.lex iulia.ff.ad.l.iuli.de vi priua.⁊ ibi Bar. facit.§.arripiãt.in auc.vt oẽs obe.iudi.ꝓuin.col.v. Si aũt eripiat qs cõdẽnatũ ad mortẽ tenet̃ l.iulia maie.vt.l.cuiuscũqȝ.in fi.ff.ad.l.iul.maie.⁊ ibi p Bar.⁊ Saly.l.fi.in fi.C.ð malefi.⁊ mathe. De eripiẽte aũt debitorẽ fisci vel priuati ciuiliter.vide.l.quotiẽs.C.de exacti.tri.lib.x. Et adde ꝙ ꝯtra violẽtiã illatã filio pr̃ põt eũ defendere cuȝ eadẽ sit ꝑsona.l. fi.C.de impube.⁊ ali.substi.siue sit filius legitim⁹ siue naturalis tãtũ.ar.l.hos accusare.§.fi.⁊ qð ibi p Bar.ff.de accu. ⁊ ecõuerso filius nedũ põt defendere pr̃eȝ:sed etiam punit̃ nisi defendat.l.vtrũ.ff.ad.l.põpe.de pari.⁊ auc.vt cũ de appe.cog.§ aliud ꝗqȝ. Marit⁹ põt defendet̃ vxorẽ ⁊ ecõuerso cũ sint eadẽ caro.ff.ð libe.cau.l.iij.ibi vel etiã vxori.⁊.xxx.q.ij. c.admonere. Et idẽ in sponso ⁊ spõsa.in qb⁹ idẽ est iudiciũ qð in viro ⁊ vxore.ff.de adul.l.si vxor.§.diuus.⁊.C.de bo. libe.l.nõ sane. Et simil̃r amasius põt defendere ꝯcubinã ꝑpter societatẽ ⁊ amicitiã quã inuicẽ ꝯiungunt̃.l.fi.in fi.ff.de diuor.⁊.l.si vxor.§ si qs vxorẽ.in.⁊.qð in ꝯcubinã.ff.ð adulte. Et socius põt defendere sociũ itineris.ff.de iniur.l.item apud labeonẽ.§.tenetur.⁊.xxiij.q.iij.c.nõ inferẽda.⁊ ꝑ totã illam questionẽ. Et dñs põt defendere famuluȝ cum sit de sua familia.l.ij.⁊.iij.de vsu ⁊ habita.⁊.l.ij.C.de epis.⁊ cle.⁊ ecõuerso famulus põt iuuare dñm cui dȝ opas ⁊ quadam quasi seruitute astringit̃ ⁊ hoc clamore.armis sine periculo ꝑsone sue. Sed seruus dȝ se exponere morti pro dño.l.cuȝ dñs.ff.ad sille. Et demũ cõclude ꝙ iniuria ⁊ violentia illata vni intelligit̃ illata oĩbus de cognatione sua.per.l.ij.ff.de li. cau.⁊.l.lex cornelia.⁊ ibi Bar.ff.de iniur. Sed an extrane⁹ possit iuuare extraneũ aduersus iniuriaȝ ⁊ violentiã sibi illataȝ Bar.tȝ ꝙ sic.in.l.si qs in seruitute.in fi.ff.de fur.⁊ per illum tex.⁊ idẽ tȝ in.l.sacrilegij.ij.ff.ad.l.iul.pecu. Et idẽ tȝ Imo.in.c.si vero.de sen.excõ. ¶ Et no.ꝙ hoc verbũ violẽter hȝ duplicẽ significationẽ.s.actiuã ⁊ passiuaȝ.sicut cetera

nola vbalia.vt no.gl.in.l.ij.ff.de duo.reis. Accusatio igit̃ ꝙ quis cognouit mulierẽ violenter nõ est ꝓbata:lȝ testes codẽ mõ deponant.qꝛ cũ vbũ violenter posset sumi dupliciter.s. pro violẽtia illata viro dubia ꝓbatio nõ releuat ꝓbantẽ.vt in.c.in ꝑñtia.de ꝓba.sm Bar. Sed Ang.dicit ꝙ iudex ex officio dȝ cogere testes ad declarandũ suum dictum ambiguum ne delictũ remaneat impunitũ.ꝑ gl.singularẽ.in auc. de testi.§.ibi tñ.in glo.magna.ver.nõ habebis.colla.vij.

Sinautem.

¶ Raptor virginis vel vidue vel sancti monialis punit̃ pena capitis ipsius capientis:vel oĩum operã ferentiũ.h.d.vsqȝ ad.§. itẽ.l.iulia. Cõcor.l.vnica.C.de raptu.virgi.de qua hic tex. facit mentionẽ.canonizata.xxxvj.q.ij c.raptores.tenet̃ ẽt rapiens.l.iulia.de vi.l.iij.C.ad.l.iul.de vi publi.vel pri.hȝ locum igit̃ pena capitalis vbi qs rapit mulierẽ.virginẽ viduã vel monialẽ.vt hic vel nuptã:vel libertinã:vel seruã alienã: vt.d.l.j.in ꝑm.ẽt si mulier rapta fuerit volẽs.sic pȝ ꝙ rapt⁹ cõmitit̃ in volentẽ.vt.d.l.j.§.ceteros aũt oẽs.⁊.xxvj.q.j.c. raptores virginũ.⁊ ibi glo.lȝ aĩs in muliere libera volẽte ⁊ nõ dolosa ꝑsuasione inducta.vt hic ꝓsumit̃ ꝙ nõ fiat iniuria.l.j.§.vsqȝ adeo.ff.de iniur.põt tñ pater filiã raptui assentientẽ exhẽditare nisi distulerit eã nuptui tradere vltra.xxv. annũ. Et no gl.xxxvj.q.j.c.raptorib⁹. Nõ aũt hȝ locũ hec pẽa in rapta meretrice.vt in glo.d.l.j.in prin.⁊.l.vex.ff ð fur.qꝛ coitus cũ meretrice ẽ ipunit⁹.l.si vxor.§.lȝ ⁊ in ea.ff.ð adul. nisi sit nupta.l.ꝗ adulteriũ.C.ð adul.vel diuertit a viro aĩo mere tricãdi.l.si mulier.C.ð adul.⁊ sic scolaris ꝗ tȝ iclusam meretricẽ cã libidinis vltra.xx.horas nõ icurrit penã ꝑuati carceris.sm Saly.d.l.j.qð secus eẽt in alia muliere nõ meretrice cã libidinis ðtẽta vltra.xx.horas vt tenȝ Bar.in.d.l. verũ.ff.de fur. Et isti raptores ⁊ eis auxiliũ prebẽtes repti i ipso flagrãti crĩe possunt impugne occidi a parẽtib⁹ ⁊ ꝯsanguineis mulieris.vt.d.l.iuxta ꝓcipiũ.ver.negociũ.qð intelligit ibi Cy.⁊ Saly.ab oĩbus descẽdẽtib⁹ ⁊ ascẽdẽtibus ⁊ cognatis mulieris rapte.pro quo facit.d.l.lex cornelia.ff.de iniur.⁊.l.j.ff.de liber.cau. Et sic est vnus de casibus in quibus lȝ supradictis ꝑsonis de qb⁹ agit̃ sibi ius dicere.vt.l.j. C.vbi ⁊ qñ lȝ.sine iu.se vin.de quo vide.xviij.casus.in qb⁹ licet ius sibi dicere.in spec.de acti.§.j.ver.itẽ ꝗ vult. Et hec pena lȝ nõ habeat locũ in rapiẽte vxorẽ suã cũ ei det̃ interdictũ de vxore exi.nisi añ carnalẽ copulã religiõeȝ intrauerit qð põt.vt l.c.ex publico.de ꝯuer.ꝯiug.Quis nõ possit post carnalẽ copulã viro inuito.vt.c.cũ sũm.⁊.c.cũ tñ.de rapt.tñ hȝ locum hec pena in rapiẽte suã sponsam de iure ciuili.vt dicta.l.j.ver.quicũqȝ numerauim⁹.licet de iure canonico.secus i spõsa volẽte qui nõ dicit̃ raptor qui habuit mulieris assensum qꝛ rapt⁹ ẽ illicitus coit⁹ a corrumpẽdo dict⁹.vñ ꝗ rapta potit̃ strupro fruit̃.vt dicit.tex.xxvij.q.ij.c.rapina.⁊ mulier rapta nõ põt ð iure ciuili nubere raptori aĩs priuat̃ bonis raptoris sibi applicatis.vt.c.cũ scðȝ.de here.lib.vj.⁊ auc.de rapt.mulier.coll.ix.nec ꝑñt parẽtes mulieris hmõi mulieri rapte ꝯsentire vt raptori nubat:aĩs icurrũt penã deportatõis si ꝯsentiũt.vt.d.l.j.in ⁊.parẽtib⁹ quoꝝ.⁊ deã auc. de rap.mulieꝝ.§.id quoqȝ. Et sic ẽ spẽale hoc casu ꝙ nõ põt qs sine pẽa libere dimittere iniuriaȝ suã.qð regul̃r sec⁹ ẽ.vt l.ꝗ cetu.§.ꝗ vacãtẽ.ff.ad.l.iul.ð vi publi.de iure autẽ canonico ꝙ ꝑualȝ h casu i mr̃imonio ꝯtrahẽdo rapta mulier vñ põt nubere suo raptori.vt.d.c.cũ cãs.⁊.c.accedere.de rap. ⁊ cõpellit̃ eam dotare.xxxvj.q.ij.c.tua in ver.scðm. Nõ tñ raptor ꝯpellit̃ eã recipere nisi metu pene sicut i stupro sine rapto.vt dixi.ĩ.eo.§.itẽ.l.iul.ð adul. Sȝ vbi rapta fuisset alteri despõsata ꝑ verba ð futuro:tũc spõsus põt illa spõsalia dissoluere ⁊ cogit̃ illã recipere.vt.xxvij.q.ij.c.raptor.⁊ in.c. quẽadmoduȝ.de re iudi.que incipit sic pȝ. Et hoc casu est dubiũ cũ ius ciuile sit correctũ circã mr̃imoniũ pene appositionẽ.s.vt mulier rapta nubẽs suo raptori bona raptoris sibi applicata restituat.de quo vide per Saly.d.l.j.C.ð rap. vir.est glo.que tȝ ꝙ sic.xxvj.q.ij.c.raptores.in glo.fi.⁊ est ẽt alia gl.

alia gl.in.c.cū scōm.de here.li.vj.⁊ ibi domi.pena aūt rapto
ris si est liber ex eoꝝ qui in ipsa rapina auxiliāt ⁊ associant
est pena capitalis ⁊ amissio oluꝫ bonoꝝ rapte mulieri appli
candoꝝ.vt.d.l.j.§.finaūt ingenuā.Ceteri aūt ꝯsocij ⁊ mini
stri criminis vl qui raptorē susceperint:vl qualitercūqꝫ opē
ei tulerint decapitant:sꝫ coꝝ bona rapte mulieri nō applicā
tur.d.l.j.§.ptāo aūt.Si aūt raptor fuerit seruus acrius pu
nitur ꝙ si liber:qꝛ ꝯcremat.d.l.j.§.pe.Et simlr si mulier ra
pta est serua ⁊ raptor liber solū punit capite ⁊ nō bonorum
amissiōe.d.l.j.§.⁊ si quedā ancille.De iur vero canonico si
raptor est cleric⁹ decidit a gradu ꝓprio.si ē laicus anathe
matizat.xxxvj.q.ij.c.eos qui.⁊.c.de puellis. Sꝫ nūqd hec
eadē pena de qua hic loquit habeat locum si mulier rapiat
mulierē cā libidinis.dic ꝙ sic.qꝛ magꝫ peccauit ꝙ mascul⁹
C.de adul.l.fedissimā.Jtē an habeat locuꝫ si mulier rapiat
holem lꝫ raro ꝯtingat. Jo.tenuit ꝙ sic.d.l.j.in ver.spōsam.
sꝫ gl.ibi allegat canones in ꝯtrariū cū nō sit tāta audacia ra
piēdi in muliere sicut in viro.Et hanc ptem videt seq Cy.
⁊ Saly.vsqꝫ aūt ad quātū tēps duret accusatio de raptu:dic
ꝙ ꝑpetuo.id est vsqꝫ ad.xxx.ānos.l.mariti.§.fi.ff.d adul.lꝫ
secus in adulterio.C.de adul.l.adulter.Quid aūt siqs capit
per violētiā vginē quā pstrauit in terrā ⁊ carnalr cognoscit
an puniat de raptu.dic ꝙ nō sꝫ ex stupro:qꝛ raptus ē cū mu
lier p viꝫ rapit ⁊ d loco ad locū transfert.⁊.d.l.j.C.d rapto.
vir.⁊ hoc tꝫ Albeti.de rosa.tertio pte statutoꝝ suoꝝ.q.xxxj.

Jtem lex iulia pecu.

C Cōtractā tes pecunias vel res publicas sacras vel religiosas puniunt pena.l.iulie
peculat⁹.que pēa ē deportatio.Judices vo ⁊ officiales pe
cūias publicas subtrahētes ⁊ eis auxiliātes vl sciēter susci
piētes capitali pēa puniūt.hoc dic vsqꝫ ad.§.ē aūt lex.Sūt
ergo duo examināda l hoc.§.pmū q̄ malefficia pūiat hec lex
secūdū q̄ sit ei⁹ pēa.Ad pmū dic ꝙ lex punit furātē pecuniā
vl aliā rē publicā.s.fisci vl ciuitatis romane.Qui aūt furat
rem vel pecuniā alterius ciuitatis ꝙ romane nō punit hac
lege sꝫ furti.vt hic i glo.j.Et sic pꝫ ꝙ appellatōe rei publice
ꝓprie ⁊ stricte sumēdo intelligit de re publica ciuitatis ro
mane.vt hic.⁊.l.si res publica.C.ex qui.cau.ma.Alie enī ci
uitates loco priuatoꝝ habent.l.eū q vectigal.ff.d ver.signi.
Aliqñ tñ large ⁊ improprie itelligit etiā de re publica aliaꝝ
ciuitatū fm subiectā materiā:vt no.d.l.cū qui.de quo vide
p Ja.de bello visu.auc.de here.⁊ fal.in prin.col.j.Jtē intel
ligeo ꝙ subtrahēs pecuniā ciuitatis icidit in peculatū ⁊ pu
nit hac lege deportatōis pena.qꝛ nō administrabat dictam
pecuniā vt hic.Est enī peculatus reipublice aut sacre furtū
non ab eo factū cuius piculo fuit.l.sacrilegij.§.labeo.ff.eo.
Si aūt fuisset officialis ad recipiēdū ⁊ administrādū pecu
niā fiscalē ⁊ sic eius piculo fuisset ⁊ in vsus eius cōuertisset
e fisco nō restituisset tūc nō tenet hac lege sed tenet.l.iulia.
de residuis in restōne simpli ⁊ tertia parte pluris vt.j.eod.§.
sunt pterea.Ex quo sequit ꝙ massarius cōis q exigit pecu
niā cōem si partē ꝯuertit in suos vsus q tenet ad illā retētā
e tertiā partē plus ex.l.iulia.de residuis.fm Bar.ff.eo.l.sa
crilegij.§.labeo.als est.§.cuꝫ eo.Et si sunt plures officiales
seu necessarij exigētes q ꝯuertūt in vsun suos tenent soliū in
ter eos vna pēa.l.si mulier.§.de publi.⁊.l.tres tutores.⁊ ibi
no.ff.de admi.tu.lꝫ als qñ nō sunt officiales qlibꝫ delinquē
tiū teneat insolidū.l.j.C.de ꝯdi.fur.⁊.l.siqs id qd.§.fi.ff.de
iuris.om.iudi.⁊ p Bar.d.l.sacrilegij.§.labeo.ff.eo. Scdo
ponit lex cōmittētē sacrilegiū.i.furātē rē sacrā de loco sacro
vt calices.cruces.thuribula ⁊ similia.vel rem religiosam:vt
ornamēta sepulchroꝝ.vt hic in glo.naꝫ sicut sepulchra sunt
religiosa:ita que religiosis adherēt:vt.l.que religiosis.ff.de
rei vēdi. Sed adde ꝙ ad hoc vt cōmittat qs sacrilegiū hec
duo requirunt.s.ꝙ res sit sacra ⁊ auferat de loco sacro. Et si
qd istorū defecerit nō erit sacrilegiū sed furtū.l.diu.⁊ ibi gl.
ff.eo.secus d iure canonico fm qd sufficit alteꝝ vt dicat qs
cōmittere sacrilegiū.vt.xvij.q.iiij.qsqs in fi.Et qd sit sacri
legiū vū dicat ⁊ que sit eius pena ⁊ cui applicet.vide glo.
magnā.xvij.q.iiij.c.sacrilegiū.Tertio ponit hec lex dānifi
cātes reꝫ publicā aliter ꝙ furādo.vt hic.in ver.furari.vt qꝛ
īmiscet ferrū vel similē reꝫ auro vel argēto puro.l.j.in fi.ff.
eo.tī.vel cū monetarius publicus falso signo publice signat
e sibi retinet:vt.d.l.sacrilegij.§.q̄ cuꝫ officiales.Ergo publi
ce tenētes sigillū florenoꝝ ⁊ iminūētes in sigillo florenos nō
bonos:⁊ sic ledentes rem publicā incidunt in peculatū.arg.
d.l.j.ff.eo.⁊ ibi p Bar.priuate aūt psone.vt artifices macu
lantes:vel falsificantes aurū vel argentū priuatū.⁊ ad ligam
publice ordinatū minorātes tenent.l.cornelia.de falsis.l.le
gis cornelie.⁊ ibi p Bar.ff.d fal.⁊.l.j.C.de fal.moneta.Jtē
punit dānificantē rem publicā delendo vel aliter maculan
do libꝝ vel scripturā publicā ꝯtinenteꝫ mensuras agrorum
vel viaꝝ publicaꝝ.l.qui tabulā.ff.eo.facit.l.si qd illud qd.ff.
de iurisdi.om.iudi.⁊ ibi p Bar Jtē punit eū qui simulans
se creditorē fisci recipit pecuniā priuatā a debitore fisci.l.sa
crilegij.§.eo capite.ff.eo.secus si vt nuncius recipit pecuniā
a debitore fisci ad fiscū pferendā quā retinuit ⁊ i suos vsus
cōuertit.nā tenet.l.iulia.de residuis.post annum ⁊ iste talis
pōt mulctari:pignorari ⁊ ēt psonalr detineri donec soluerit
vt.d.l.sacrilegij.§.fi.⁊ ibi p Bar.Jtē punit scribenteꝫ in li
bris publicis minorē quātitatē ꝙ res publica vendiderit vl
locauerit rem.l.hac lege.ff.eo.Jtē punit eū qui archā ponit
in templo in quo holeꝫ icludit qui post tēpluꝫ clausuꝫ egre
diens speciosa tēpli subtraheret ⁊ secū in archā deferret.d.l.
